

Cb
3866

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

EF. 19.

POETICA
NOVA ET REFORMATA

Non solum
Omnium ac singularum syllabarum quanti-
tatem solis Regulis cognoscendi ratio-
nem perspicuè tradens,

Verum et
Tum versuum, tum Carminum, quotquot
extant genera præceptis com-
plectens paucis, sed quam
accuratissimis,

Cum
Indice vocum & syllabarum
locupletissimo.

AUTORE
M. CHRISTIANO GRUNEBERGIO,
Scholæ Francof. Rectore.

ANNO
M. DC. LXXIII.

*Sæpe latent humili fortes in corpore vires:
Sæpe liber paucis multa, sed apta, docet.*

FRANCOFURTI VIADRINÆ
Typis & sumtibus Autoris
impressit
LUDOVICUS ROEDERI.

ILLUSTRI ATQUE GENEROSISSIMO

DOMINO

FRIDERICO

DE JENA,

Electoris Brandebur-

gici Consiliario Status & Feudalium

Excellentissimo, Hereditario

in Wüsterhausen/

&c. &c.


DOMINO SUO CLE-

MENTISSIMO

*Poëticam hanc humili manu,
sed, humiliori mente offert,
consecrat*



AUTOR.



BENEVOLE LECTOR

DEsines mirari, unde ego
tam repente prodierim
Poëta, qui nec in bici-
piti somniaverim Par-
nasso, nec ora fonte proluerim Ca-
ballino, si ejus amoris vim satis habu-
eris perspectam, quo frugi præcepto-
res discipulos suos solent amplecti.
Cum enim facile intelligerem, ita esse
in fatis meis, ut perpetuò mihi meò
liceret vivere more & votò, hoc est vi-
tâ in scholarû fungi ergastulo parvumq;
esse eorum ludimoderatorum pro-
ventum, qui discipulorum commo-
dum

'dum otio vel lucro suo ducāt antiquius:
ut sum otii impatientissimus, operā de
di sedulò daturusq; sum Deo adspirante
multò obstinatius, ut in vulgari Dida-
ctica quædam utiliter mutem & sic ali-
quod tum muneri meo congruum, tum
præclarâ Dominorum Scholarcharum
expectatione dignum facinus edam,
quodâ beatissimo locero meo, M. Jo-
hanne Möllero, accepi probitatis ex-
emplum relicturus posteris. Hinc â
Grammatica rem orsus, cujus præci-
puum membrum, Profodia scilicet, præ
cæteris laborare videbatur, quarum syl-
labarum quantitates solâ autoritate co-
gnosendas censuerunt alii, regulis ego
complexus sum & paucis & perspicuis;
id quod ante hac nemo vel conari au-
sus est, ingensq; ante biennium omnes
incesserat desperatio, posse me promis-
sis tantis stare, cum publicè fidem da-
rem, me tale quid effecturum. Quæ
porrò Regulis illis placuit adjicere de
Versu-

Verſuum Carminumq; generibus, me-
morare ſuperſedeo, unum te etiam atq;
etiam rogans, ut libellum hunc non
ponderare ſed æſtimare digneris, ma-
ximam á me tracturus gratiam, ſi, quæ
in eo minus tibi arrilerint & planiora
fieri potuiſſe videbuntur, elimare &
exaſciare potius, quàm foedè ob-
tractando ingenti ejus uſu in-
noxiam juventutem emun-
gere ſtudeas.

Vale.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 10 lines.

Acte Indes.
Vale



... 1010 ...
 ... 1011 ...
 ... 1012 ...
 ... 1013 ...
 ... 1014 ...
 ... 1015 ...
 ... 1016 ...
 ... 1017 ...
 ... 1018 ...
 ... 1019 ...
 ... 1020 ...
 ... 1021 ...
 ... 1022 ...
 ... 1023 ...
 ... 1024 ...
 ... 1025 ...
 ... 1026 ...
 ... 1027 ...
 ... 1028 ...
 ... 1029 ...
 ... 1030 ...
 ... 1031 ...
 ... 1032 ...
 ... 1033 ...
 ... 1034 ...
 ... 1035 ...
 ... 1036 ...
 ... 1037 ...
 ... 1038 ...
 ... 1039 ...
 ... 1040 ...
 ... 1041 ...
 ... 1042 ...
 ... 1043 ...
 ... 1044 ...
 ... 1045 ...
 ... 1046 ...
 ... 1047 ...
 ... 1048 ...
 ... 1049 ...
 ... 1050 ...
 ... 1051 ...
 ... 1052 ...
 ... 1053 ...
 ... 1054 ...
 ... 1055 ...
 ... 1056 ...
 ... 1057 ...
 ... 1058 ...
 ... 1059 ...
 ... 1060 ...
 ... 1061 ...
 ... 1062 ...
 ... 1063 ...
 ... 1064 ...
 ... 1065 ...
 ... 1066 ...
 ... 1067 ...
 ... 1068 ...
 ... 1069 ...
 ... 1070 ...
 ... 1071 ...
 ... 1072 ...
 ... 1073 ...
 ... 1074 ...
 ... 1075 ...
 ... 1076 ...
 ... 1077 ...
 ... 1078 ...
 ... 1079 ...
 ... 1080 ...
 ... 1081 ...
 ... 1082 ...
 ... 1083 ...
 ... 1084 ...
 ... 1085 ...
 ... 1086 ...
 ... 1087 ...
 ... 1088 ...
 ... 1089 ...
 ... 1090 ...
 ... 1091 ...
 ... 1092 ...
 ... 1093 ...
 ... 1094 ...
 ... 1095 ...
 ... 1096 ...
 ... 1097 ...
 ... 1098 ...
 ... 1099 ...
 ... 1100 ...





POETICA est ars conficiendi carmina.

2. Quam arbitrariâ methodô traditurus tironibus consultum ire videbor, si, quicquid ejus est, duobus expeditum dem libris, quorum alter sit de syllabarum quantitatibus, alter de Versuum Carminumq; generibus.

LIBER PRIMUS

De

Syllabarum Quantitate.

QUANTITAS est mensura motûs in pronunciatione cujusvis syllabæ observandi.

4. Sunt, quos hujusmodi descriptio juvat: *Quantitas est, quâ syllabæ tempus estimatur. Sed ob hæc nemini dicam scribo.*

5. Non dissentibus autem A!mæ Gissenæ Philosophis, *Quantitatem à Pronunciationis motu esse, visum est, eam per Mensuram motus definire &c.*

6. Siquidem, ipsiô annotante, veteres Vocales, alias habere breves, alias longas; has tardius & cum môra quadam efferentes, illas autem sine môra & velocius. Sic primæ syllabæ

A

Populus

LIBER PRIMUS

Populo (pro arbore) pronunciandæ immoratos fuisse paulisper, quasi *Poópulus* dicendum fuisset; secus quam cum pro multitudine ponitur, ubi omnem amputasse moram præter eundem Fabricium quoq; autorem habeo, *lib. 1. c. 1.*

7. Sed & hodie tria syllabarum constituuntur genera, Brevis, Longa & Communis s. Anceps

8 *Brevis* dicitur, quæ uno motu seu spiritu effertur ut omnes in *Aquila, Dominus, Pater.*

Dicitur etiam *Correpta.*

9. *Longa*, quæ duplici motu seu spiritu effertur, ut primæ in *donum, fatum, mater*; quas sic veteres pronunciassent, ac si scriptum foret *doónum, faátum, maáter*, jam supra dictum est.

Dicitur etiam *Producta.*

10. *Anceps*, quæ & unò & duplici motu recte effertur, ut omnes, quas Muta cum liquida L aut R radicali sequitur, ut primæ in his: *Atlas, coctlea, febris, mitra, vitrum.*

11. Porro, cum omnium syllabarum quantitates, quoad nos, ab autoritate pendeant quidem & rectè petantur, hæc autem non paucos à Poëticis studio resupinet: en tibi, Lector Optime,

Regulas, toti huic negotio sanè pares

& sufficientes, sed quinque
distinctas capitibus.

Quorum sit

CAPUT

LIBER PRIMUS
CAPUT PRIMUM

De
QUARUMCUNQUE SYLLABARUM
QUANTITATE
REGULA I.

Vocalis ante Vocalem brevis est.

Exceptio

I. *FIO* habet I longum, nisi assumat R, tunc enim corripitur, ut:

Omnia jam fient, fieri quæ posse negabam.

II Genitivi & Dativi quintæ Declinationis E purum ante I producunt. ut *dièi, facièi, rabièi, serièi, specièi.*

III. Genitivi in IUS in soluta oratione habent I longum, in carmine autem commune. ut *illius, istius, unius, totius, nullius.*

Præter *Alius*, quod semper I producit, & *Alterius*, quod corripit.

IV. *Eheu* priorem producit, sed *Obe* priorem habet communem, ut

Eheu quid volui misero mihi. Virg.

Obe jam satis est, obe libelle.

V. Genitivi antiqui in AI A ante I producunt. ut: *aquái, aulái, terrai.*

VI. Producuntur etiam Vocativi in AI & EI, facti à Nominativis in AIUS, EIUS desinentibus, ut: *Cai, Pompei.*

Regula II.

Diphthongus naturâ longa est. ut: *Ætas, aurum, caulis calum.*

LIBER PRIMUS

Nota

I. *Præ* in compositione sequente Vocali interdum corripitur, ut:

Stipitibus duris agitur sudibusq; præustis.

II Diphthongus in Vocalem simplicem coalescens retinet quantitatem nativam. ut *Occido* à *cædo*, *inquiro* à *quæro*, *iniquus* ab *æquus*, *sempiternus* ab *æternus*; quibus adde *musæum*, *Ænéas*, *idolum*, *choræa*, *platæa*.

III Ex Græca tamen Diphthongo EI nonnunquam I abjicitur, remanente E brevi. ut: *choræa* *platæa*.

REGULA III

Positio omnis longa est.

Positionem verò vocant, cum Vocalem proximè sequuntur duæ consonantes aut una duplex, sive in eadem voce, sive in fine præcedentis & initio sequentis, ut *carmen*, *post*, *crux*, *ejus*, *divus*, *rivus*.

Nota

I Litera J initio vocis consona simplex, in medio autem duplex censetur. Hinc priores longas habent *hujus*, *cujus*, *ejus*, *ejulo*, *ajo*. Hinc in *Bijugus* & similibus J positionem non facit, sed prima corripitur.

II Positionem quoque in simplicibus facit V radicale post I. ut: *Divus*, *rivus*, *lixivium*, *vivus*
lyce

liveo, privo, clivus, civis, frivolus, stiva.

III. Interdum et Aspiratio vim Consonantis habet. ut

Et tibi Paonias inter heroidas omnes. Propert.

Mercator hodie, cras cytharædus erit. Aulon.

Et quæ præterit hora redire nequit. Ovid.

IV. Ultima vocalis brevis, si sequatur vox ab SC, SP, SQ, SE, X vel Z incipiens, rectius producitur, quam corripitur. ut

Nulla fuga ratio, nulla spes, omnia muta. Catull.

Quid gladium, demens, Romana stringis in ora?

(Marr.

Ferte citi flammæ, date vela, scandite maros. Virg.

Venisti tandem tuâq; spectata parenti. Idem.

V. Muta cum Liquida in eadem syllaba sumpta præcedentem Vocalem, si extra Positionem fuerit naturâ brevis, facit ancipitem. ut
Pātris, fābri

Nota:

Eadem quoq; vis est Muta & Liquida, cum præcedens dictio desinit in Vocalem brevem sequente à Muta & Liquida incipiente, ut

Tribulaq; trahæq;. Virg.

Nil opus est morte pro me. Ovid.

VI. Veteres quoq; Vocales breves ante QV fecisse ancipites, autor est Beda Lib. I. De metris cap. 18. ut

- - illa tamen de crimine avorum

Dicitur illata, quoniam concreta veterno est. Prud

Est quoq; in magnas aque vastasq; lacunas. Lucr

REGVLA

REGULA IV.

Vocalis ante MEN & MENTUM pro-
ducitur, ut *græmen, limen, nomen, incre-*
mentum, instrumentum.

Exceptio

I. Quæ veniunt à Præsenti vel Supino pe-
nultimam brevem, aut Positione tantum lon-
gam habentibus, brevia sunt, ut *Specimen, re-*
gimen, nocumentum, documentum, alimentum, te-
gumentum.

II, Brevia sunt et hæc: *Columen, semen,*
stamen, tamen & emolumentum.

III, *Hymen, & Amen* communia sunt.

REGULA V.

Syllaba contracta naturâ longa est, ut
Dî pro Du, Nil pro nihil, Mî pro mibi, De-
ûm pro Deorum.

Nota

I. Contractio fit, quando duæ Vocales
coalescunt in unam, ut: *cogo pro coago, Tibicen*
pro tibiicen, alius pro alius.

II. Sæpe fit Contractio mediante Synco-
pâ, ut *Nil pro nihil, malo pro mavolo, nî pro*
nisi, Quis pro quibus, bigæ pro bijugæ, novus pro
novenus, Deûm pro deorum.

REGULA VI.

Quælibet Vocalis ante Mutam & Li-
quidam Laut R radicalem anceps est, ut
Acredula, cochlea, dolabra, vitrum.

Nota

I. Quanquam in his novem *Cicatrix, Codrus, ebrius, libra, Lucretius, negligo, oblivio, publicanus & sobrius* Vocales ante Mutam & Liquidas illas non nisi productæ apud Poëtas extent, casu tamen id factum & naturâ ancipites esse, adeoq; impunè eas et corrigi posse, omnino sum persuasus.

II. Præter ea, quæ hac Regulâ comprehenduntur, ut communibus quidem usi sunt Poëtæ sequentibus: *Azymus, choræa, cōthurnix, cūbus, cucūlus, dūcenti, gālerus, grābatus, grādivus, hÿmen, āmen, imbēcillus, lēvir, līquidus, nōla, oriobalcum, ōri on, palātium, platēa, prestōlor, prōpago, prēpitius, pūgillaris. pūlex, pūfillus, rāvis, rīca, rūbigo, rādo, scōpa, socors, sōrex, strīgilis, suffrāgor, tēmētum, torcūlar, valētudo & verēcundus*: quod tamen in illis, quæ ex asse Latina sunt, te non nisi temerè imitaturum memineris.

III. Quando in carmine Heroico tres breves concurrunt, Poëtæ primam ex illis, metri necessitate, producunt, ut *Arabia, Priamides*.

IV. Monosyllaba brevia à Poëtis interdum, Græcorum more, producuntur, ut

Liminaq; laurusq; Dei totuq; moveri. Virg.

Et animam et mentem, cum qua Dii nocte lo-
(quuntur. Juven.

V. Ultima syllaba brevis, post quatuor primos pedes, per Cæsuram haut raro producitur

*Pectoribus inhians spirantia consulit exta. Virg.
 Nam tibi, Thymbre, caput Evandrius abstulit. ensis
 Ostentans artem pariter arcumq; sonantem. Id.
 Ille latus niveum mollifultus hyacintho. Id.*

VI. Et Diphthongus et Vocalis longa in fine dictionis communes fiunt, quoties sequens vocabulum à Vocali vel Diphthongo sine Elisione incipit, ut

*Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt? virg
 Victor apud rapidum Simoënta sub Illo alto. Id.*

Tersunt conati imponere Pelio Ossam. Id.

REGULA VII.

Derivata & Composita retinent quantitatem sui Primitivi & Thematis, à quo descendunt.

Hinc, quoniam prima in dominus & jocor breves sunt, ergo dominatio & jocosus quoq; primas corripunt. Et, quoniam prima in Funus longa est, hinc in Funestus eadem producitur.

Exceptio

I. Præterita & Supina dissyllaba habent priores longas, nisi sit Vocalis ante Vocaleme: tunc enim corripuntur. ut *Video, vidi, visum.*

Lego, legi, lectum. Juvo, juvi, jutum.

Præter hæc sex Præterita & novem Supina: *Tuli, dedi, steti, bibi, scidi, fidi, à Findo, scindo. Datum, ratum, satum, itum, litum, quitum, situm, citum, ratum à Reor, sero, lino, queo.*

II. Quatuor hæc Præterita, quæ à longis veniunt, primam corripunt: *genui, posui, potui, coegi. Sic & solutum, volutum, positum.*

LIBER PRIMUS

9

III. Contra naturam primitivorum corripiuntur

Affatim à <i>Fatim</i>	Būtyrum à	} Bg̃s
Acerbus ab <i>Acer</i>	Būbulcus à	
Coma à <i>Como</i>	Dicax à <i>Dico.</i>	Hinc &
Caufidicus, maledicus, falsidicus.		
Dejero, pejero, à <i>juro.</i>	Dux dūcis à <i>Duco.</i>	
Farina à <i>Far.</i>	Fragilis à <i>Frango</i>	
Innūbo, pronūbo à <i>nubo</i>	Lucerna à <i>Luceo.</i>	
Molestus à <i>Moles</i>	Nato à <i>No.</i>	
Odium ab <i>Odi</i>	Pufillus à <i>Pufio</i>	
Pacifcor à <i>Pax, paci.</i>	Sagax à <i>Sagio</i>	
Scutulatus à <i>Scutum</i>	Vadum à <i>Vado</i>	

Sopor à *Sopio*

Voco à *Vox, vocis*, Et omnia, quæ a Supino *statum* descendunt, ut *statio, stabilis*, præter Particip. *staturus*.

Huc pertinent omnia Diminutiva, quæ Primitivi sui Positionem deponunt, ut *Of.lla, labellum*, ab *Offa, labrum*.

Connubium habet antepenultimam communem

IV- Primam in *Saga* Martialis produxit:

Exoret noctes dum mihi saga tuas.

Temere igitur recentiorum nonnulli corripiant

V. Contra naturam primitivorum producuntur

Denus à <i>Decem</i>	Ferix à <i>feriendis victimis.</i>
Humanus ab <i>Homo</i>	Junior à <i>Juvenis</i>
Lex legis à <i>Lego</i>	Nonus à <i>Novem</i>
Penuria à <i>Penus</i>	Rex regis à <i>Rego</i>
Secius à <i>Secus</i>	Sedes à <i>Sedeo</i>
Suspicio à <i>Suspico</i>	Tegula à <i>Tego</i>

VI. *Fides, fidelis fideliter & perfidus* *Fi* corripit

piunt, sed *Fido, fidus, infidus & fiducia* produ-
cunt.

VII, Quædam pro diversa significatione
diversam sortiuntur quantitatem.
Est *acer* in sylvis, *æquus acer* Olympia vincet.
Improba cantat *anus*, in scamno sessitat *anus*.
Devorat *Os oris* quicquid lucratur *Os ossis*.
Dum finit hora *canes*, effæto tempore *canes*,
Grandæviq; *canis* canescunt tergora *canis*.
Vin tibi *dicamus*, cui carmina nostra *dicamus*?
Deceptura viros pingit *mala* fæmina *malas*,
Malo tamen pulchrum *malo* decerpere *malum*.
Populus in sylvis, *populus* reperitur in urbe.
Pluribus ille *refert*, quæ non cognoscere *refert*.
Sylva vetus *cecidit*, ferrô quam nemo *cecidit*.
In sylvis *lepores*, in verbis quære *lepores*.
Et *parere* uxorem decet, et *parere* marito.
Oblitus est vino, sed non *oblitus* amoris.

CAPUT SECUNDUM

DE PRIMIS SYLLABIS.

REGULA VIII.

Substantiva primæ Declinationis dis-
syllaba primam producunt, hyperdissylla-
ba corripunt. ut *Ala, ara, beta, cera* primâ
longâ, *aquila, culina, matula, patina* pri-
mâ brevi.

Exceptio

I. Brevia sunt: *Aqua, cala, casa, coma, gula, juba, tuba, gena, bara, lyra, sapa, sera, nota, pila* [der Ball] *plaga, scapha; dica, fuca, popa, scheda, nec non ab F, MO, RO, TO, VO incipientia pure Latina. ut Faba, sera fuga, mola, mora, rosa, rota, stola, toga, vola.*

II. Producent quoque primam bis hæc hyperdissyllaba in ULA desinentia: *copula, crapula, fabula, fibula, ficedula, fidicula, penula, tragula, subula, spicula, stipula, tipula, tribula, Esula.*

III. Quæ porro primam producent hyperdissyllaba, illorum initia sunt metricè
Bal. car. cer. clit. cop. crat. del. fem. fer. glar. ar. er. jan.
Lat. mat. nat. luc. lin. pag. mach. pit. pro. mur. ur. prob.
Pup. lam. sap. sep. res. spel. sim. scor. stir. stat. al. us. tib.
hoc est: *Balena, carica, cerussa, clitella, copia & copie, cratera, delicia, femina, feria, glareæ, area, eruca, janua, laterna, materia, matuta, natura, lucerna, linea, pagina, machina, pituita, profapia, murena, urina, provincia, pupilla, lamina, saperda, sepia, resina, spelunca, simia, scoria, stiria, statura, alea, usura, tibia. Quibus adde litera, lorica, gloria, sutura, tribula, vagina vipera, orea, Sequana & vesica.*

REGULA IX.

Masculinorum secundæ declinationis regularium in US desinentium dissyllaborum priores producuntur, reliquorum non-Neutrorum corripuntur. ut *Clavus, fumus longa.*

longa; vir, joco, faber, humo, peng, doming brevia.

Excipiuntur quædam brevia & longa.

Brevia sunt: Actus, avo, cadus, casus, cibus, crocus, favo focus, fori, procus, magus, herus, modus, globus, robus, sonus, torus, tomus, scarus, scyphus, lupus, pilus, rubus, scopus, stypus, stilus, thymus, coquus, dolus, equus, nothus.

Longa: Fagus, ficus, cacabus, caduceus, caseus, cisteus, filius, gobius, graculus, pileus, juniperus, oceanus, lucius, Pegasus, penicillus, populus, (Peppel) pupillus, Saturnus, sibilus simio, Sirio, vicino, viburnus.

REGULA X.

Neutra secundæ dissyllaba, non inchoata à syllabis FO, FRET, GA, LU, PE, PY, SER, SA, SPA, primam producant, cætera quæcunq; corripunt. ut *Fatum*, *ovum* longa; *Forum*, *fretum*, *garum*, *lutum*, *pedum*, *pyrum*, *serum*, *sagum*, *sparum*, *cerasum*, *labium* brevia. Sed

I. Longa sunt: *Basium*, *brachium*, *delicium*, *delibrium*, *dolium*, *Electrum*, *flagitium*, *ganeum*, *licium*, *lilium*, *lotium*, *munia*, *otium*, *pabulum*, *poculum*, *pomærium*, *prodigium*, *pulegium*, *scrinium*, *seculum*, *sericum*, *spelæum*, *spicium*, *siparium*, *stragulum* *tribulum* *proverbium* & *emolumentum*.

II. *Iugum*, *solum* & *vadum* brevia sunt.

REGULA XI.

In A, E, L, R & T finita tertiæ declinationis brevia sunt ut *Aroma*, *mare*, *animal*, *cor*, *color*, *caput*.

Exceptio

Frater, mater, mugil, nidor, crater, cremor, rete, robur, humor, rumer, suber, uber, tuber, focale, stia, Jupiter, stater producuntur.

REGULA XII

Neutra tertiæ dissyllaba in C & N finita gaudent priori longâ; Masculina & hyperdissyllaba brevi. ut *Gramen, balec* longa, *canon, foramen* brevia.

REGULA XIII.

Hæc *Homo, ligo, nebulo, petaso, titio*, nec non Fæminina quæcunq; in O, primam corripunt, cætera in O producunt. Sed *Caligo, fuligo, loligo, talio, halo, seditio, uredo, lano, lanugo & natio* producuntur: *agaso, apollo, aquilo & apexabo* corripuntur: *Spado* autem anceps est.

REGULA XIV,

In X hyperdissyllaborum, nec non ab A, C, F, T incipientium prima brevis, reliquorum longa est. ut *apex, calix, frutex, tomex, cothurnix, supellex* brevia; *esox, podex* longa.

Excipe: *Carex, iudex & codex* longa; *Ibex, obex, larix, latex, rumex, salix & filex* brevia.

Cimex & pulex communia sunt.

REGULA XV.

Quæ S finiunt hyperdissyllaba tertiæ declinationis nomina, primâ gaudent correptâ. ut *Adamas, amussis, canalis, paries, juvenis*.

Exceptio:

promuscis producitur,
Sed *Pugillaris* est indifferens.

REGVLA XVI.

Dissyllaba in *AS*, *PS* vel *NS* desinentia primam corripunt. ut *Anas*, *adeps*, *parens*, *rudens*.

REGVLA XVII.

In *US* terminata dissyllaba tertiæ *I* & *U* ante *US* producunt, *A*, *E* & *O* corripunt. ut *Frigus*, *funus* longa; *Acus*, *palus*, *genus*, *opus* brevia.

REGVLA XVIII.

Decem hæc dissyllaba tertiæ declinationis in *IS* finita, *Apis*, *avis*, *cinis*, *canis*, *cutis*, *lapis*, *ovis*, *ratis*, *sitis* & *sodalis*, primam habent brevem, cætera cuncta longam. ut, *buris*, *felis*.

REGVLA XIX.

Producunt quoque primam dissyllaba tertiæ in *ES*, à Liquida vel *P*, *S* & *V* incipientia: cætera corripunt. ut, *Limes*, *miles*, *nubes* longa; *ames*, *ceres*, *opes* brevia. Excipe *Nates*, *preces*, *seges*, *sudes* brevia, nec non *ales*, *clades*, *crates*, *fomes*, *fraces*, *beres* & *trames* longa,

REGVLA XX.

Nomina monosyllaba producuntur. ut *Lac*, *sal*, *par* cum Compositis; Quibus adde

Quin, sin, en, non, cur.

Exceptio.

Brevia sunt: *Fel, mel, vir, cor, vas, vadio*
Os, ossis.

REGVLA XXI.

Monosyllaba in MIS, RIS vel TIS flexa primam Obliquorum producunt, reliqua eandem corripunt. ut: *Ren renis, fur furis, nar naris, ver veris, lis litis* longa; *bos bovis, grex gregis, nix nivis, vir viri, sal salis, vis vires* brevia.

Excipiuntur: *Fecis, Legis, regis, plebis, pacis, lucis, frugis*, (unde *Frugi*) *sevis, solis, stipis, vocis* & *vasis* longa, *paris, laris* & *maris* brevia.

REGVLA XXII.

Breves sunt priores Nominum quartæ & quintæ Declinationis. ut: *Colus, sinus, acus, domus, acies, facies.*

Sed *Ficus, pinus, ritus, maceries, progenies, materies* producuntur.

REGVLA XXIII.

Brevem habent primam Adjectiva trium terminationum dissyllaba in R finita, cætera verò dissyllaba longam. ut: *brutus, crudus, gratus* longa, *macer* & *niger* brevia.

Exceptio.

Tria in R producuntur, *Ater, teter* & *liber-uncim* his in US correptis: *bonus, malus, catus.*

cavus, ferus, merus, litus, novus, probus, rarus & vagus.

REGVLA XXIV

E sesquicentum hyperdissyllabis trium terminationum *Adjectivis* viginti quatuor modò primam producant, quorum initia hiversus exprimunt.

Dim. dis. hum. fris. lur. lib. facund. priv. pler. ed. eb. proc. Iuc. mat. prom. mutu: prob. sec. sed. vic. ser hib. un. stren.

Hoc est

Dimidius, divinus, humidus, frivolus, luridus, lividus, facundus, privatus, plerique, editus, ebrius, procerus, jucundus, maturus, promiscuus, mutuus, providus, securus, sedulus; vicinus, serenus, hibernus, universus. strenuus. Quibus Elixus, prolixus, elysius, putidus, pacatus Squalidus ubidus, legitimus, sobrius, laculentus & luteus pro colore adde.

Sed propitius est indifferens.

REGVLA XXV

Quæ mansuetudinem significant, aut in *ALIS, BILIS & TILIS* desinunt duarum terminationum *Adjectiva* primâ utuntur longâ, cætera brevi. ut, *Comis, lenis, mitis, qualis, debilis, futilis* longa, *gracilis, gravis & levis* brevia.

Exceptio.

Savvis, vilis, crudelis, debilis, nobilis & solennis producantur.

REGVLA XIX.

A litera D incipientia unius terminationis
Adjectiva primam producant, reliqua bre-
vem habent. ut, *deses, diligens, dives lon-*
ga, ferox, iners, locuples, memor, brevia.

Sed *Clemens, elegans, evidens, felix, nequam,*
prudens, pubes, solers, uber & velox producantur.

REGVLA XXVII.

Quæ ab S incipiunt, vel in ERO, IRO &
URO desinunt primæ Conjugationis Verba
primam producant, reliqua corripunt.
ut *Sano, solor, spero, spiro, duro* longa, *amo,*
cavo, lavo brevia.

Exceptio.

I. Longa sunt, quorum initia his metris
indicantur

Bal. cel. clam. cog. far. lib. leg. lim, met. mut.
or. palo.

Nav. plac. pot. priv. luc. vel. rum. ven. vap.
vit. ud. halo.

us. vis. plor. mot. man. flag. del. cal. clin. con. er.
ed. pac.

Hoc est: *Balo, celo, clamo, cogito, fari, libo,*
lego, limitor, metor, muto, oro, palo, navo,
placo, poto, privo, lucubro, velo, ruminor, ve-
nor, vapulo, vito, udo, halo; usurpo, viso &
visito, ploro, moto, mano, flagito. delecto, cali-
go, clino, conor, eructo, educo, paco. Quibus
Sedo, tutor, titillo adde. B

II. *Lacero, seco, sono, blatero, capero, propero, macero, veneror, stipulor* brevia sunt.

REGVLA XXVIII.

A syllabis DE & LU inchoata, vel in AREO ADEO & IDEO finita secundæ Conjugationis Verba primâ gaudent productâ, cætera brevî. ut *areo, debeo, tugeo, pareo, suadeo* & *video* longa, *aceo, caleo, foveo, libet* & *licet* brevia. Sed

Caneo, ceveo, flaveo, frigeo, liveo, puteo & *squaleo* producuntur; *Decet, video* & *mædeo* corripuntur.

REGVLA XXIX.

Quodlibet hyperdissyllabum tertiæ Conjugationis Verbum primam corripit, nisi à D incipiat, tunc enim producit, ut *adipiscor, capio, cupio, fugio, metuo, morior* brevia, *defendo* & *divido* longa.

Prodigo primam producit.

REGVLA XXX.

Dissyllaba tertiæ Conjugationis Verba ab N vel V incipientia, vel in CO aut DO finita, amant produci, cætera verò corripit, ut *credo, ico, nubo, vivo, uro* longa, *ago, bibo, fremo* brevia

Exceptio

I Brevia sunt *Edo* (ich *Esse*) *cado volo*.

II. *Cogo, Dego, Demo, frigo, figo, como, labor, promo, glubo, scribo, repo, sumo, pono* & *nuor* producuntur.

REGULA XXXI

Longæ sunt priores Verborum quartæ Cōjugationis. ut: *Glutio, melior, metior.*

Exceptio

Hypertrisyllaba & hæc trisyllaba corripuntur: *Cupio, serio, moriar, pereo, polio, salio, orior, pavio, pipio, Venio.*

REGULA XXXII.

Reduplicatio Præteriti geminati trisyllabi brevis est, unâ cum media sequente. ut: *Disco didici, cado cecidi.*

Excipe *Cado cecêdi, Pêdo pepêdi* mediis longis, Reduplicacione tamen brevi.

REGULA XXXIII.

Naturâ Indeclinabilium prima brevis est. ut: *Adhuc, age, apud, cito, enim, fere, ibi, beri, magis, minus, nimis, nisi, quoniam, itaq, penes.* His *ego, sibi, tibi, forem & fore* addas.

Exceptio

I. Longa sunt, quæ â D vel SO incipiunt, aut in NE, VE & RO desinunt. ut: *Demum, donec, mane, pone, pene, plane, sane, rarò, serò, verò, neve, sive, sodes, solum.*

II. Producantur & hæc: *Olim, sicut, nimirum, nudius, pridem, pridie, quatenus, scilicet, nequaquam, nequicquam, vicies, quinimo, eminus, cominus, protinus coram, nuper, plerumq, gratis, quare, quomodo, vicies, tricies, viginti, triginta* Quibus indeclinabile *Firius* adde.

CAPUT

CAPUT III.

De

PENTASTLLABORUM PENEPRIMIS.

REGVLA XXXIV.

Penepriam pentasyllaborum syllabæ solum Oproducent, cæteris Vocalibus correptis. ut: *Academia, artemisia, ceremonia, patrimonium, querimonia, cerevisia, adminiculum, vaticinium, sacrificium, contumelia, Induperator, contubernium, lenocinium.*

Exceptio

Emolumentum corripitur: *Erinaceus*, & *mercenarius* verò producentur.

CAPUT IV

De

ANTEPENULTIMIS

REGVLA XXXV.

Multarum antepenultimarum quantitates è diminutivorum suorum penultimis cognoscuntur. ut

Periculum à <i>Perire</i>	Collégium à <i>Collega</i>
Jejunium <i>jejunus</i>	Epistolium <i>epistola</i>
Fastidium <i>fastidis.</i>	Codicillus <i>codicis</i>
Hebetudo <i>hebetis.</i>	redimiculum <i>redimire</i>
Susprium <i>suspuro.</i>	Augurium <i>auguris</i>
Aucupium <i>aucupis.</i>	Perditio <i>perditum.</i>
Amabilis <i>amare.</i>	Puerilis <i>pueri.</i>

Eximius	eximis.	Prætorius	prætoris.
Desiderium	desidero.	Laticulum	laticum.
Liberalis	liberum.	Perpetuus	perpetuum.
Vesperugo	vespera.	Aromaticus	aromaticus.
Adorabimini	adorabimur	Legemini	legemur.

REGULA XXXVI.

Antepenultimæ quæcunq; A, E, O & U produ-
cunt solò I correptò. ut: Amáracus, lucánica,
contámino, contágio, aquátilis, irácundus, arána,
denárius, nefárius, rosáceus, subitáneus, contrárius,
Horátius, contumélia, fidélia, verécundus, vigési-
mus, nonáginca, cautérium, dictérium, cicónia,
capitólium, repótia, patrimonium, qverimónia,
sanctimónia, tentórium, idóneus, amúletum, bal-
bútio, ligúrio, scatúrio, scalptúrio, penúria, hallú-
cínor, offúcia, pecúlium, marsupium, volúbilis, in-
dúsius, auxiliúum, consílium, latrocínium, ma-
cílentus, deliquium, vestiúulum, thuriúulum, di-
mídius, Ovídíus, credíbilis, publiánus, quisquí-
lie, ignomínia, Virgílius, recipero, reminiscor-
seditio, offícium, vitíligo, profíciscor, exílium,
delícia, artemísia, contiínuus, cartílagó.

Exceptio

I. A corripunt: Acatium, agaricum, cala-
mistrum, castanea, cinamomum, scarabeus, sala-
mandra, siparium, tomacula, coaleo, alabastrum,
coracinus, Gymnasium, Aganippe.

II. E breve habent: Illecebra, impetigo, ma-
teria, materies, Ardelio, exequiæ, ingenium, inte-
rior, ministerium, magisterium, propemodum,
suppedito ulterius: nec non Verba ad unum

omnia; ut: *experior, persevero, reperio, sepelio.*
Obedio producitur.

III. I producunt: *Decidius, delibero, desidero, vespertilio, quotidie, meridies, fastidium, fastigium, vestigium, cuniculus, multitia, convitium, vaccinium. cerevisia, palilia, avicula, apicula*

Propitius est anceps: & *Sitibundus* rectius produci videtur quàm corripit;

IV. In OLENTUS desinentia gaudent O brevi. ut: *Vinolentus, sanguinolentus, sic & Canobium.*

V. *Curculio, decumanus, tugurium, venustinus, recupero, vitupero, luxurio, & Mercurius* U corripunt. Quibus in ULENTUS desinentia adde; ut: *eruculentus, temulentus, nec non, quæ VI post U faciunt; ut: Exuvia, diluvium, impluvium, colluvies.*

VI. Corripunt quoq; U Verba Desiderativa in URIO. ut: *Esurio, dormiturio, canaturio, item Manubia & repudio.*

CAPUT V.

De

PENULTIMIS.

REGULA XXXVII.

Dativi plurales in BUS & BIS præcedens A, E, O producunt, sed I & U corripunt. ut: *Deabus, rebus, bobus, nobis, vobis.*

Excipiuntur, quorum ultima Nominativi B habet. ut *Arabus, Sorabi.*

Regula,

REGVLA XXXVIII,

In DO & GO substantiva penultimam produ-
cunt. ut: *Alcedo, cupido, imago, fuligo.*

Brevia sunt: *Comedo, unedo, Macedo, harpago.*

Spado indifferens est.

REGVLA XXXIX.

Adjectiva in INUS, quæ ab Adverbiis tem-
poris aut à Nominibus inanimatorum de-
scendunt, penultimam corripunt, reli-
qua producant. ut: *Crastinus, serotinus,*
diutinus, perendinus, adamantinus, bombyci-
nus, crocinus, prasinus, oporinus, oleaginus.

Sed *Marinus, peregrinus* & similia produ-
cuntur.

REGVLA XL.

Patronymica Masculina in IDES, ex No-
minibus in ELLS orta, penultimam produ-
cunt, reliqua autem patronymica corri-
piunt. ut: *Atrides, pelides, Thesides, Æne-*
ades, Anchisiades, Æacides, Priamides, Pelo-
pides.

Excipe

I. *Belides, Lycurgides, Amphiarides* pro-
ducuntur.

II. In NE desinentia Patronymica præce-
dens I & O producant. ut: *Nerine, Acrisione.*

REGVLA XLI.

U in Præsenti Verborum ubiq; corripitur.

ut: *Quæsumus, volumus. ita & sumus.*

REGVLA XLII.

Personæ IMUS & ITIS extra Præsens quartæ Conjugationis semper I penultimæ corripunt. ut: *Legimus, legitis.*

Sed Futurum Coniunctivi tantum in versu nonnunquam producitur. ut: *Dederimus, îtis.*

REGVLA XLIII.

Reliquarum penultimarum quantitas ex analogia Declinationum & Conjugationum petenda est.

CAPVT V.

De

ULTIMIS.

REGVLA XLIV.

Monosyllaba in Vocalem exeuntia producuntur. ut: *A, ab, e, de, me, te, se, pro, prob, do, da.*

Exceptio

Encliticæ *Que, ne, ve* & syllabicæ adjectiones *ce, te, pte,* corripuntur.

Nota

I. Copulativum *Que* Virgilius & Ovidius non semel produxerunt, seu propter Cæsuras, seu imitatione Homeri, cui Encliticas nonnunquam producere in usu fuit.

Chloreaq;, Sybarimq;, Daretaq;, Thersicolumq;.
liminaq;

Liminaq; laurusq; Dei, totusq; moveri.

Taxiq; pinusq; altinatesq; genista.

Sideraq; ventiq; nocent, avidaq; volucres. Ovid

II. Præpositiones *De* & *Se*, itemq; Pronomina *Me*, *te*, *se*, sequente Vocali fiunt communia, maxime in Compositis, nisi per synæresin contrahantur. Natura enim longa sunt: corripuntur verò propter Vocalem ante Vocalem, ut

Sed mihi vel tellus optem prius ima debiscat. virg.

Qui servare alios cupiunt, servare seipsos. Mant.

Si me amas, inquit, paulum hic ades, inteream si

Horat.

REGVLA XLV.

Nomina monosyllaba producuntur. ut: *Lac, sal, par* cum compositis *compar, impar* &c.

Quibus adde *Quin, sin, en, non, cur.*

Exceptio

Brevia sunt *Fel, mel, oir, vas vadis, Os ossis.*

Cor rectius corripitur quam producitur.

REGVLA XLVI.

A & E corripuntur, ut: *Mensa, cubile.*

Exceptio

I. In A indeclinabilia producuntur. ut: *Antea, contra.*

Sed *Eja, ita* & *quia* brevia sunt: *Triginta* & similia numeralia verò communia.

II. Vocativi Masculinorum primæ Declinationis,

nationis in AS producuntur. ut: *Ænea, Palla,*

III. Ablativi primæ & quintæ Declinationis producuntur. ut: *Mensa, die, cum*
Compositis *hodie, pridie, postridie, quare.*

Additur his *Fame*: quoniam hoc Nomen prius etiam quintæ Declinationis fuit.

Quod si ergo hoc Ablativò quis utatur tanquam tertie Declinationis, quid vetat ultimam corripere?

IV. Græca primæ Declinationis in E producuntur. ut: *Anchise, chreme.*

Quibus adde *Mele, tempe, cere.*

V. Imperativi singulares primæ & secundæ Conjugationis producuntur. ut: *Ama, doce.*

Nota

Quæ Verba olim secundæ simul & tertie Conjugationis fuerunt, eorum Imperativi communes sunt. ut: *Vale, salve, cave, vide, responde, ferve, frende, fulge, resplende, terge.*

VI. Adverbia in E, facta ex Nominibus secundæ Declinationis, producuntur. ut: *Doctè, valdè, pulchrè;* à *Doctus, validus, pulchre.*

Sed *Bene & male* brevia: *Ferè, ferme & Obè* communia sunt.

REGVLA XLVII.

In I & U producuntur. ut: *Gummi, cornu.*

Exceptio

I. Indifferentia sunt: *Mibi, sibi, tibi, nisi, quasi, ibi, ubi & uti* cum compositis *ubicunq, ubivis.*

ubivis, sicubi, sicuti, veluti. Sic & *Cui* dissyllabum. Sed *ibidem* & *ubiq;* longa sunt: *utiq;* breve.

II. Vocativi Græci in I breves sunt, ut: *Alexi, Pari, Daphni.*

III. Græci Dativi tertiæ Declinationis rectius corripuntur, quam producantur. ut: *Palladi, lampadi.*

IV. Antiquum *Indu* pro *In* & *Nenu* pro *non* breve est.

REGVLA XLVIII.

In O communia sunt. ut: *homo, lego, virgo.*

Exceptio

I. Monosyllaba producantur, ut: *Do, flo, no, pro.*

Sed *O* & *Ob* sequente vocali tantum producantur: sequente Consonâ autem fiunt communia.

II. Dativi & Ablativi in O producantur, ut: *Domino, servo.*

III. Gerundia quoq; rectius producantur quam corripuntur.

IV. Adverbia in O, orta ex Nominibus, producantur, ut: *subitò, meritò, tantò.* Quibus adde & hæc: *Adeò, ideò, ultrò & ergò* pro *Causâ.*

Sed *Mode, dummodo, postmodo, quomodo & Cedo* pro *Dic* aut *porrige* brevia sunt.

REGVLA XLIX.

Y in fine corripitur. ut: *Moly, Thety.*

REGULA L.

In C longa sunt. ut: *Dic, duc, bac, illuc.*

Exceptio

I. *Fac* & Pronomen *Hic* indifferentia:
Nec & *Donec* brevia sunt.

Nota.

Vossius & Scaliger pronomen *Hoc* Nominativo æquè ac Accusativo etiam corripì posse censent: quibus & Ricciolus subscribit, ex Mario Victorino, Valerio Probo, Martiano Capella, Prisciano & Velio tam Masculini Hic quam Neutrius hoc C productum geminandum esse affirmans hoc modò

Hoc ego pro vobis, hoc vos optate Quirites. Ovid.

REGULA LI.

B. D. T. L. M. N. R. corripuntur. ut:

Ab, ad, caput, animal, etiam, limen calcar.

Exceptio

I. Veteribus T commune fuisse videtur: cum apud eos non semel productum extet. ut *Omnia cura viris, uter esset induperator,* Ennius. *ut equus & plausu cava concutit ungula terram id.* *Cum nostros socios mandisset impius cyclops,* L. Andr.

II. Accusativus Græcus Masculinus in AN producitur; ut: *Ænean;* Fœmininus autem tantus est, quanta est ultima Recti.

III. *Viden* & *Nostin* corripuntur. *Nemon,* *Ten,* *alioquin* & *ceteroquin* producuntur.

IV.

IV. Græca in R imparisyllaba producuntur, ut: *Aër, æther, character, crater.*

V. Producuntur etiam Monosyllaba reg. XLIV. non excepta.

REGVLA LII.

In AS finita longa sunt, ut: *Bonitas, amas.*

Exceptio

I. Quorum penultima obliquorum brevis aut in ADIS foret, eorundem ultima Nominativi corripitur, ut: *Anas, Pallas, vas vadis.*

2. Accusativi Græci tertiæ Declinationis in AS breves sunt, ut: *Hæstoras, lampadas,*

REGVLA LIII.

In ES & OS longa sunt, ut: *Patres, doces, bonos.*

Exceptio

I. Breves sunt in ES tertiæ Declinationis, quæ penultimam Genitivi imparisyllabi corripunt, ut: *Seges, teges, præses.* Quibus adde Præpositionem *Penes.*

II. ES à verbo Sum breve est, ab EDO longum.

III. Brevia sunt: *Os ossis, exos, compos, impos.*

IV. Græca in ES & OS è sua Vocali cognoscenda sunt.

REGVLA LIV.

In IS brevia sunt, ut: *Ignis, funis, patris.*

Exceptio

Exceptio

I. Dativi & Ablativi in *IS* producuntur. ut: *Mensis, Dominis.*

II. In *IS* per *INIS, IRIS, ITIS* & *ENTIS* declinata ultimam Nominativi producunt. ut: *Delphis, glis, lis, vis.*

III. Verba 4. Conjugationis secundam singularis Præsentis Indicativi producunt. ut: *Audis, abis.* Quibus adde *Vis, sis, velis* cum compositis.

IV. *RIS* ultima Futuri Coniunctivi anceps est. ut: *Amaveris, Docueris.*

V. Adverbia hæc: *Foris, gratis, imprimis, Comprimis* & *quotannis* longa sunt.

REGVLA LV.

In *US* & *YS* brevia sunt. ut: *Annus, intercus, chelys.*

Exceptio

I. Monosyllaba producuntur. ut: *Mus, rus.*

II. In *US* tertiæ Declinationis, quæ penultimam Genitivi producunt, quoq; ultimam Nominativi producunt. ut: *Virtus, tellus, salus.*

III. Genitivus 4. Declinationis singulares, nec non Nominativus, Accusativus & Vocativus plurales ultimam producunt: quoniam in illis crasis est. ut: *Fructus, Domus.*

IV. In *YS* quæ & *YN* faciunt producuntur. ut: *Phorcys & Phorcyn.*

CAPVI

CAPVT VII.

De

COMPOSITIS.

REGVLA LVI.

Quæ ex duobus integris componuntur, retinent quantitatem simplicium, præsertim, si separatim scribantur. ut: *Veri-simile, agricultura, ludi-magister, crucifigo, jure-jurando, manu-ductio, qui-libet, i-licet, cis-alpinus, ve-sanus, ve-cors.*

Exceptio

1. RE in *Rejicio, Rejecto* & impersonali *Refert* producitur: alias breve est.

2. DI in *Dirimo* & *Disertus* corripitur: in cæteris producitur.

3. PRO in sequentibus breve est: *Procello, procella, profanus, profari, profecto, profestus, proficiscor, profiteor, profugus, profundus, prohibeo, pronepos, protervus.* Quodsi tamen PRO in his ut Latina Præpositio accipiatur, etiam produci potest.

4. In sequentibus tamen PRO anceps est: *Procumbo, procurro, profundo, propago* (Nomen & Verbum) *propello, propulso.*

REGVLA LVII.

Quæ ex duobus corruptis vel alterutro corrupto componuntur, E corripiant, si

illud

illud è verbis tertiæ ortum fuerit; ut: *tremefactus*; Sin verò idem à secundæ Conjugationis Verbis descenderit, anceps est. ut: *liquëfacio, calefacio.*

Sed *Videlicet* tantum producitur.

REGVLA LVIII.

Si prior Compositi pars in E, I, U vel Y desinit, corripitur. ut: *Nefastus, nefarius, se-libra, bujuscemodi, fatidicus, bipes, tripes, fidicen, siquidem, quadrupes, ducenti, Polydorus.*

Exceptio

1. E producunt: *Trevir, Levir, veneficus, nedum, nequaquam, nequicquam.*

2. I mobile per casus producitur. ut: *Quilibet, cuilibet.*

3. Producunt quoq; I *Scilicet, siquis, siquando, nec non ex Dies composita; ut: Biduum, triduum, pridie, postridie, meridies.*

Sed *Quotidie, ubiuis, ubicunq;* & *Meliphyl-lum* habent I commune.

Idem Masculinum producitur: Neutrum verò breve est.

LIBER SECUNDUS

De
VERSIBUS.

CAPVT PRIMVM

De
NONNULLIS VERSUUM PRÆCOGNITIS.

VERSUS est certa ac legitima pedum numero modoq; finita compositio.

2. Dicitur à vertendo: quoniam

Sæpe stylum vertas

oportet, ut non facilè perituros versus parias.

3. Græcè appellatur $\sigma\iota\chi$ Ⓞ Unde sunt *Distichon*, *tetraslichon*, *Hemistichium*.

4. Ut autem distincta distinctè proponantur, Versuum doctrinæ præcognita quædam præmitti fas fuerit de Regione, Pede metrico, Scansione, Cæsura & Elisione.

REGIO.

5. REGIO dicitur pars versus certo pede constans.

6. Ex quo sponte colligimus, versuum alios pluribus, alios paucioribus gaudere Regionibus. Sic v. g. *Adonicus* duabus, *Gliconicus* tribus

C

bus

bus, *Choriambicus* quatuor, *Pbalecius* quinque regionibus distinguitur.

PES

7. PES METRICUS dicitur numerosa syllabarum dispositio temporibus definita.

8. Tempus autem vocatur mora, quâ syllabam aliquam tardiùs vel velociùs pronunciamus. Brevi enim syllabæ unum tribuitur tempus; longæ duo. Ex quo sequitur, duas breves uni longæ æquipollere. Neq; enim aliam ob causam in versu pedum alii pro aliis haut rarò adhibentur, quàm quod æqualia sint eorum tempora. Exemplo res evadet clarior. Versus Heroicus in prioribus quatuor regionibus indifferenter Spondeum recipit & Dactylum. Quod si temerè à Poëtis casuve factum putas, immane quantum falleris. Vera causa est: quoniam hi pedes æqualibus constant temporibus. Dactylus enim recipit tres syllabas, primam longam cæteras verò breves: atq; adeò quatuor habet tempora, totidemq; Spondeus, constans duabus longis. Uni autem longæ syllabæ duo assignari tempora, brevi saltem unum, jam supra dictum est. Porro Heroicus vulgò quintâ regione solum Dactylum creditur recipere: haut rarò tamen ejus vices Spondeus explet, vocaturq; tum Heroicus ille Spondaicus. Quam ob causam verò quinto hoc loco

loco

loco non Jambus, Pyrrhichius, nec nisi solus Spondeus recipiatur, è dictis liquet; videlicet, quia nullus pes simplex æqualia habet cum dactylo tempora, si solum excipias Spondeum & Antidactylum; quorum hic ideò saltim excluditur, quia pedes contrarii sibi invicem non serviunt. Eademq; ratio est, ob quam ultimo locò Versus Heroicus quandoq; Dactylum admittit.

Dividuntur Pedes I. in *Dissyllabos, Trisyllabos, Tetrasyllabos, Pentasyllabos & Hexasyllabos*. II. In *Simplices & Compositos*. III. In *Puros atq; Impuros*.

Dissyllabi dicuntur, qui duabus syllabis constant, suntq; hi quatuor: *Pyrrhichius, Spondeus, Jambus & Trocheus seu Choreus*.

Trisyllabi, qui tribus syllabis constant, suntq; octo. *Tribrachys, Molossus, Dactylus, Anapestus, Bacchius, Palimbacchius, Amphibrachys, Amphimacer*.

Tetrasyllabi, qui quatuor constant syllabis, suntq; hi sedecim: *Proceleusmaticus, Dispondeus, Antispastus, Choriambus, Dijambus, Ditrocheus, Ionicus à Majore, Ionicus à Minore, Epitritus primus, Epitritus secundus, Epitritus tertius, Epitritus quartus, Pæon primus, Pæon secundus, Pæon tertius, Pæon quartus*.

Pentasyllabi, qui quinq; constant syllabis, suntq; triginta duo: *Orchius, Molosso-spondeus, Pyrrhi-*

Pyrrhi-cha-apæstus, Calotypus, Hegemoscolius, Spondeo-creticus, Mesomacer, Mesobrachys, Periambus, Hyperbrachys, Dasius, Spondeo-Dactylus, Musicus, Amæbens, Jambodactylus, Choræobacchius, Diphyes, Simplectus, Cyprius, Anticyprius, Hegemocreticus, Spondeoscolius, Periodicus, Antiperiodicus, Probrachys, Parapeon, Dochmius, Strophus, Antistrophus, Periambores, Choræodactylus.

Hexasyllabi, qui sex syllabis constant, suntque sexaginta quatuor Dichoreus, Dicanius, Choræantidactylus, Canicolatius, Choræoscolius, Caniocreticus, Choræodactylus, Caniobacchius, Anapestochoræus, Latiocanius, Scoliochoræus, Creticocanius, Choræobacchius, Caniodactylus, Choræantibacchius, Caniantidactylus, Anapestodactylus, Latiobacchius, Bacchiochoræus, Dactylocanius, Choræocreticus, Scoliodactylus, Creticobacchius, Dibacchius, Dilatius, Scolianapestus, Creticolatius, Coreomolossus, Molossochoræus, Anapestolatius, Latioantidactylus, Bacchiodactylus, Dactylobacchius, Scoliocreticus, Creticoscolius, Scoliobacchius, Bacchioscolius, Creticodactylus, Dactylocreticus, Scoliolatius, Creticanapestus, Anapestocreticus, Latiofcolius, Bacchianapestus, Dactylolatius, Anapestobacchius, Latioactylus, Scoliocanius, Creticochoræus, Diantidactylus, dactiloscolius, Bacchiolatius, Dactylanapestus, Anapestomolossus, Latiochoræus, Dactylochoræus, Canioscolius, Anapestoscoliq, Latiocreticus, Didactylus, Discolius, Dicreticus, Bacchiocreticus.

Simplices, qui in alios pedes resolvi nequeunt.

Ut omnes soliq; Dissyllabi & Trisyllabi.

Compositi, qui in alios pedes resolvi possunt.
Ut reliqui omnes.

E quibus enim componuntur, in eosdem possunt & resolvi. Sic v. g. Dijambus é duobus Jambis, Ditrochæus é duobus Trochæis, Choriambus é Choræo & Jambis, Molosse-Spondeus é Molosso & Spondeo componuntur, unde & nomina sortiti sua sunt.

Puri, qui constant syllabis homogeneis hoc est, solis brevibus vel longis. Ut Pyrrhichius, Spondeus, Tribrachys, Molossus, Proceleusmaticus & Dispondeus.

Impuri, qui constant pedibus heterogeneis ut reliqui Dissyllabi, Trisyllabi & Tetrasyllabi omnes.

Nota

Pentasyllaborum & Hexasyllaborum Pedum nullus est in Latinorum Poësi usus: sed à Græcis saltim usurpati sunt.

Operæ pretium fuerit, singulorum Latinorum pedum adornasse definitiones.

DISSYLLABI

Pyrrhichius est Pes metricus Simplex, purus & dissyllabus, constans duabus syllabis brevibus. ut: *Deus*.

Spondeus est Pes metricus simplex, purus & dissyllabus, constans duabus syllabis longis. ut: *Dicunt*.

Jambus est Pes metricus simplex, impurus & dissyllabus, constans primâ brevi & alterâ longa. ut: *legunt*.

Trochæus

Trocheus s. *Choræus* est pes metricus Simplex, Impurus & dissyllabus, constans primâ longâ & alterâ brevi. ut; *magnus*.

TRISYLLABI.

Tribrachys est Pes metricus simplex, purus & trisyllabus, constans tribus syllabis brevibus. ut *Dominus*.

Molossus s. *Trimacer* est Pes metricus simplex, purus & trisyllabus, constans tribus syllabis longis. ut *Dixerunt*.

Dactylus est pes metricus simplex, impurus & trisyllabus, constans primâ longâ & reliquis duabus brevibus. ut: *Omnia*

Anapæstus s. *Antidactylus* est pes metricus simplex, Impurus & Trisyllabus, constans ultimâ longâ & reliquis duabus brevibus. ut *aquila*.

Bacchius est pes metricus simplex, impurus & Trisyllabus, constans primâ brevi & reliquis duabus longis. ut *Facultas*.

Palimbacchius est Pes metricus simplex, impurus & Trisyllabus, constans mediâ longâ & reliquis duabus brevibus. ut *Arena*

Amphimacer est Pes metricus simplex, impurus & Trisyllabus, constans mediâ brevi & reliquis duabus longis. ut *Charitas*.

TETRASYLLABI.

Proceleusmaticus est Pes metricus purus Tetrasyllabus

syllabus & è duobus Pyrrhichiis Compositus
ut *Celeriter*.

Dispondeus est Pes metricus purus, Tetrasyl-
labus & è duobus Spondeis compositus. ut
Interrumpens.

Antispastus est Pes metricus impurus, tetra-
syllabus è Jambo & Trochæo compositus. ut
Avellana

Choriambus est pes metricus im purus, Tetra-
syllabus, ex Choræo atq; Jambo compositus. ut
Castanea

Dijambus est pes metricus impurus, tetrasyl-
labus, è duobus Jambis compositus, ut *Ameni-
tas*

Ditrochæus est Pes metricus impurus, tetra-
syllabus, ex duobus Trochæis compositus. ut
Principalis.

Ionieus à minore est Pes metricus impurus,
tetrasyllabus ex pyrrhichio ac Spondeo com-
positus. ut *Generosi*

Ionieus à majore est Pes metricus impurus,
tetrasyllabus ex Spondeo ac Pyrrhichio com-
positus. ut *Enormiter*.

Epitritus primus est Pes metricus Impurus,
tetrasyllabus è Jambo & Spondeo compo-
situs. ut *Salutabant*.

Epitritus secundus est Pes metricus impurus,
tetrasyllabus, ex Trochæo & Spondeo compo-
positus, ut *Comprobabant*

Epitritus

Epitritus tertius est Pes metricus impurus, tetrasyllabus, ex Spondeo & Jambo compositus. ut *Nutritii*

Epitritus quartus est Pes metricus impurus, tetrasyllabus, ex Spondeo & Trochæo compositus. ut *Circumspexit*

Peon primus est pes metricus impurus, tetrasyllabus, ex Trochæo & Pyrrhichio constans. ut *Virgineus*

Peon secundus est pes metricus impurus, tetrasyllabus, ex Jambo & pyrrhichio constans. ut *Amaracus*

Peon tertius est pes metricus impurus, tetrasyllabus, ex pyrrhichio & Trochæo constans. ut *Calamistrum*

Peon quartus est pes metricus impurus, tetrasyllabus, ex pyrrhichio & Jambo constans. ut *Misericors*.

TYPUS OMNIUM AC SINGULORUM PEDUM.

Amœbus	-- v v -	<i>Canaturiane.</i>
Amphimacer	- v -	<i>Cogitans.</i>
Amphibrachys	v - v	<i>Arena.</i>
Anapæstus	v v -	<i>Memini.</i>
Anapæstochoræ	vv - vv v	<i>Inimicitia.</i>
Anapæstodactylus	v v - - v v	<i>Resipiscentia</i>
Anapæstoscolig	v v - v - v	<i>Sapientionum.</i>
		<i>Anapæstolatus</i>

Anapæstolatus	υ υ - - - υ	Redamaturarum
Anapæstocretic⁹	υ υ - - υ -	Legionariū
Anapæstobacchi⁹	υ υ - υ - -	Benedictiones
Anapæstomoloss⁹	υ υ - - - ? -	Superincumbentes
Antispastus	υ - - υ	Avellana
Anticyprius	- υ - - υ	Concionator
<i>Antidactylus est Anapæstus</i>		
Antiperiodicus	- υ - υ -	Liberalitas.
Antistrophus	υ - - - υ	Revelabatur.
Bacchius	υ - -	Facultas
Bacchiochoræ⁹	υ - - υ υ' υ	Supellectilibus
Bacchiodaetyl⁹	υ - - - υ υ	Inevitabile
Bacchioscolius	υ - - υ - υ	Recantatione
Bacchianapæst⁹	υ - - υ υ -	Adorabimini
Bacchiocreticus	υ - - - υ -	Reluctabimini
Bacchiolatus	υ - - - - υ	Recompensabuntur
Choræus	- υ	Miles
Choriambus	- υ υ -	Castanea
Calotypus	- - - - υ	Admirabuntur
Choræobacchius	- υ υ - -	Exuperantes
Cyprius	υ - υ υ -	Aristoteles
Choræodaetyl⁹	υ - - υ υ	Vulnerabitur
Choræantidaetyl⁹	υ υ υ υ υ -	Recalificantes
Caniolatus	- - - - υ	Auctoramentorum
Caniocreticus	- - - - υ -	Expergiscimini
Caniobacchius	- - - υ - -	Attestationes
Caniodaetylus	υ υ υ υ - -	Præpugnatorib⁹
Caniantidaetyl⁹	- - - υ υ -	Acceptabilitas
Canioscolius	- - - υ - υ	Rerumpublicarū
		Choræus

Choræodactylus	v v v - u u	Malevolentia
Choræomolossus	v v v - - -	Recuperatores
Creticocanius	- u - - - -	Concionabundi
<i>Canius est Molossus</i>		
<i>Creticus est Amphimacer.</i>		
Choræobacchius	v v v v - -	Inhibitiones
Choræantibacchius	v v v - - v	Humiliabuntur
Choræocreticus	v v v - v -	Revereamini
<i>Cordax est Choræus</i>		
Dactylus	- v v	Casus
Dafius	v v v - -	Retinuerunt
Dactylocanius	- v v - - -	Induperatore
Dactylobacchius	- v v v - -	dissimilitudo
Dactylocreticus	- v v - v -	Imperiositas
Dactylolatus	- v v - - v	Emoriturorum
<i>Daunius est Jambus.</i>		
Dibacchius	u - - u - v	Cornscationes
<i>Dionysius est Palimbacchius</i>		
Dispondæus	- - - -	Interrumpens
Dijambus	v - v -	Amæritas
Ditrochæus	- v - v	Principalis
Diphyes	v v - - -	Redamaverunt
Dochmius	v - - v -	Ineffabiles
Doriscus	- v v - v	Tydaridarum
Dichoræus	v v v v v v	Latibulicola
Dicanius	- - - - -	Interpellatores
Dilatius	- - v - - v	Incurvicervicus
Diantidactylus	v u - v v -	Saturabimini
Didactylus	- u u - u u	Insatiabilis
Discolius	u - v u - v	Superstitiosus

Dicreticus		-v--v-	Eruditissimi
Epitritus	1	v---	Salutabant
	2	-v--	Comprobrabant
	3	-v-	Nutritii
	4	---v	Circumspexit

Extensipes est Molossus.

Dactyloscolius		-vvv-v	Perpetuitate
Dactylanapæstus		-vvvv-	Semimulieres
Dactylochoræus		-vvvv	Interieritis

Fescennius est Amphimacer.

Hegemocreticus		vv-v-	Sapientius
Hegemoscolius		vvv-v	Dominicaster

Hippeus est Molossus.

Herous est Dactylus.

Hypobacchius est Bacchius.

Hypertheticus est Amphibrachys.

Hyperbrachys		-v---	Concionantes
Jambus		v-	Ferox
Jambodactylus		v--vv	Repurgabile
Ionicus à minore		vv--	Generosi
Ionicus à majore		--vv	Enormiter

Latius est Palimbacchius.

Latiocanius		--v---	Sermocionantes
Laciocreticus		--v-v-	Illiberalitas
Latiantidactylus		--vvv-	Individuitas
Latiofcolius		--vv-v	Desideriorum
Latiodaetylus		--v-vv	Considerabitur
Latiochoræus		--vvvv	Perterrefacies

Massales est Amphimacer.

Mesomacer		v v - v v	Prohibebimus
Mesobrachys		- - v - -	Prævaricantes
Molossus		- - -	Mirari
Molossospondæus		- - - - -	Exultabundi
Molossochoræus		- - - v v v	Appenninicola
Musicus		v v - - v	Populabundus
<i>Oenotrius est Bacchius.</i>			
Orthius		v v v v v	Analogia
<i>Pæonicus est Amphimacer.</i>			
Palimbacchius		- - v	Percussus
Pæon	1	- v v v	Virginus
	2	v - v v	Poëticus
	3	v v - v	Manifestus
	4	v v v -	Misericors
Parapæon		- v v v v	Constituimus
Periambodes		v - v - -	Amœnitates
Periambus		v - v v v	Adulterium
Periodicus		v - v - v	Remugiebat
<i>Politicus est Dactylus.</i>			
<i>Pompeuticus est Palimbacchius.</i>			
Probrachys		v - - - -	Laboraverunt
Proceleusmaticus		v v v v	Celeriter
<i>Profodiacus est Palimbacchius.</i>			
Pyrrhichius		v v	Deus
Pyrrhichanapæstus		v v v v -	Retinuerant
<i>Rutilus est Chorus.</i>			
<i>Scholius est Amphibrachys.</i>			
Scholiochoræus		v - v v v v	Bipennigerulus
Scholiodactylus		v - v - v v	Amarulentia

Scholianapæst	∇ - ∇ ∇ ∇ -	Repercutimini
Scholiocreticus	∇ - ∇ - ∇ -	Amaritudines
Scholiobacchi	∇ - ∇ ∇ - -	Superstitiones
Scholiolatus	∇ - ∇ - - ∇	Tyrannidarum
Scholiocanius	∇ - ∇ - - -	Remuneratores
Spondæus	- -	Cornu
Spondæocreticus	- - - ∇ -	Consuetudines
Spondæodactylus	- - - ∇ ∇	Intervertere
Symplectus	- - ∇ ∇ ∇	Interficere
Spondæoscolius	- - ∇ - ∇	Intervenire
Strophus	- ∇ ∇ ∇ -	Coniscuerant
<i>Trochæus est Chorus</i>		
Trochæus	- ∇	Miles
Tribrachys	∇ ∇ ∇	Dominus.

Nota

Pag. 38 post Palimbacchium inferatur hic pes
Amphibrachys est pes metricus simplex, impu-
 rus, & trisyllabus, constans mediâ longâ & re-
 liquis duabus brevibus. ut *Arena*.



SCANSIO

SCANSIO

SCANSIO est legitima versus per pedes commensuratio.

Estq; duplex. Alia enim fit per Monopodiam, alia per Dipodiam.

Per Monopodiam fit Latinorum scansio. His enim versus monometer dicitur, qui unico pede absolvitur, ut jambicus monometer brachycatalecticus; Dimeter, qui duobus pedibus absolvitur, ut adonicus; Trimeter, qui tribus, ut Glyconicus; Tetrameter, qui quatuor, ut Phaliscus. &c.

Per Dipodiam fit Græcorum scansio in Jambicis, Trochaicis & Anapæsticis. In reliquis autem generibus monopodiam & Græci amant.

Unde liquidum evadit, Eundem versum posse Monometrum dici & Dimetrum, Dimetrum & Tetrametrum, Trimeterum & Hexametrum, Tetrametrum & Octometrum: prout vel Latinorum Monopodia spectatur, vel Dipodia Græcorum. Sic v. g. hic Senecæ versus

Haut est virile, terga fortuna dare,
est Trimeter, si per Dipodiam fiat Scansio, nec non Hexameter, si per Monopodiam. Per Monopodiam eundem sic metiaris oportet

1 2 3 4 5 6
Haut est | viri | le ter | ga for | tuna | dare,
Sed per Dipodiam hoc modò

Haut

1 2 3

Haut est viri | le terga for | tuna dare

Atq; hæc Græcorum propria est, quæ apud Latinos impropiè fit.

CÆSURA

CÆSURA vocatur decora dictionum in versu per pedes interfectio.

Appellatur alias à Diomeðe *Sectio*, à Prisciano & Servio *Comma*, ab aliis *Mansio*, *Concisio*, *Articulus*.

Species sunt sex: Monohemimeres, Tritthemimeres, penthemimeres, Heptthemimeres, Ennehemimeres, Hendechemimeres.

Monohemimeres dicitur, cum versu ab O aliave Vocali incipiente sequens dictio quoq; à Vocali incipit. ut

*O utinam tunc, cum Lacedæmona classe pe-
tebat Tib.*

Tritthemimeres s. *Semiteruaria*, cum post primum pedem syllaba dictionem finiens novumq; pedem inchoans remanet. ut

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Pentthemimeres, cum post duos primos pedes syllaba dictionem finiens novumq; pedem inchoans remanet. ut

Dic mihi, Damata, cujum pecus? An Melibæi?

Heptthemimeres, cum post tres primos pedes
syllaba

syllaba dictionem finiens novumq; pedem inchoans remanet. ut

Ille latus niveum molli fultus hyacintho.

Ennehemimeres, cum post quatuor primos pedes syllaba dictionem finiens novumq; pedem inchoans remanet. ut

Ille latus niveum molli fultus hyacintho.

Hendechemimeres, cum post quinque primos pedes syllaba dictionem finiens novumq; pedem inchoans remanet. ut

Sternitur exanimisq; tremens procumbit humi bos.

Nota.

Quo pluribus Cæsuris versus gaudet, eò est elegantior, solò Anapæsticò exceptò, qui venustior habetur, si cæsuris careat. Reliquorum verò præcipuum condimentum est Cæsura. ut

Semper bonos nomenq; tuum laudesq; manebunt.

Virg.

Illic Versus ille titubans, hiulcus, nulliusq; ingenii est, qui cæsura caret: ut

Has res ad te scriptas Luci misimus Æli.

Sarsis hastis longis campus splendet & horret.

Ennius.

Romæ mania terruit impiger Hannibal armis.

Urbem fortem nuper cepit fortior hostis.

Huc & illos refer, qui ingenii (Sed inepti fortassis) ostentandi gratiâ è solis monosyllabis coaluerunt. ut

Sum

*Sum ut tu ego, id, o jam age, habe, actu hic me
ama, ut hem & te ego amo hic.*

II. Qui versus in Cæsura & fine simili sono ter-
minantur, doctis displicent vocanturq; *Rhopa-*
lici, Germ. *Knittel-Verse*. ut

*Justitia cultor, vitiorum strenuus ultor.
Ars manet, ars durat, fortuna recedere curat.
Res valet, ars præstat, si res perit, ars mihi restat.
Cum fortuna perit, nullus amicus erit:*

nil obstante, quod & Ovidius ales exciderint. ut

*Quot calum stellas, tot habet tua Roma puellas,
Quærebant flavos per nemus omne favos,
nec non Virgilio. ut*

*Nusquam omittebant oculosq; sub astra tenebant.
neq; , quod nonnulli frugi poëtæ ejusmodi
Rhopalini delectati sint, Cujusmodi sunt
hi Durandi*

*Durus Durandus jacet hic sub marmore duro,
An sit salvandus, ego nescio nec ego curo.
atq; Henrici II. Archiepiscopi Moguntini
Nudipes antistes non curat, Clerus ubi stes,
Si non in celis, stes ubicunq; velis.*

Et Thomæ mori

*Hic jacet Henricus veræ pietatis amicus:
Nomen Abydon erat, si quis sua nomina querat.
Uvellis hic ecclesia fuerat succentor in alma,
Regis & in bella cantor fuit ipse capella.
Millibus in mille cantor fuit optimus ille.
præter & hæc ista fuit optimus orgag; nista.*

Q

Nunc

*Nunc igitur, Christe, quoniam tibi seruiit iste,
Semper in orbe soli, da sibi regna poli.*

III. Tanta Cæsura vis est, ut ejus beneficio syllabam brevem quandoq; liceat producere. ut
Et furis agitatus amor & conscia virtus. Virg
Nomen amicitie nomen inane fuit. Ovid.

ELISIO

73 ELISIO dicitur vocalis, seu solius seu cum litera *M*, ob sequentem aliam vocalem vel aspiratam, in fine dictionis inter scandendum dissimulatio.

74 Cum solius vocalis fit dissimulatio, vocatur Synalæphe: sed, cum litera *M* unâ perit, Eclipsis dicitur.

75 Utriusq; exemplum est in his
*Omni bus hoc vitii est cantoribus, inter amicos,
Illi nunquam inducant animum cantare rogati.*

Nota

Elisio nonnunquam spernitur. Id quod Verpæus Græcorum imitatione fieri putat, quibus crebra est in Heroicis ac Elegiacis Elisio, vocaturq; tunc Hiatus metricus. Cujus è solo Virgilio Nicolaus Erythræus 43 exempla pollicetur, quorum pauca hæc adduxisse suffecerit

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Ter sunt conati imponere pelio Ossam.

Insignita ferè sunt millia militum octo.

II. Particulæ *O, Heu, Hei, A, Vab, Va & Pro*
Elisionem

Elisionem non recipiunt. ut

*Te Coridon, o Alexi, trahit sua quemq; volu-
ptas.* Virg.

*O utinam tunc, cum Lacedaemona classe pete-
bat.* Ovid.

III. Veteres haut rarò S eliderunt, tam Vocali
sequente quàm Consonâ. ut;

Spernitur orator bonus, horridus miles amatur.
Enn.

ubi inter scandendum sic legendum est

Spernitur orator bonus, horridu miles amatur.

Vicimus, ô socii, & magnam pagnavimu pugnam

IV. Elisio non tantum in diversis dictionibus lo-
cum habet, sed & in diversis versibus Quando
enim in versu Hypermetro syllaba redundat,
eadem à versu sequente absorbetur, si & is à
Vocali incipiat. ut

Omnia Mercurio similis, vocemq; coloremq;

Et cineres flavos. Virg.

V. Elisiones non sint nimis crebræ; nisi id ob pe-
culiarem causam fiat. ut

*Monstrum horrendum informe, ingens, cui lu-
men ademptum.*

Eam enim od causam miris laudibus celebran-
tur è veteribus Accius, nec non è recentioribus
Greg. Sabinus, qui nunquam Ecclipsi usi sunt.

VI. Elisiones tam initio, quam in fine versus in-
decoræ & admodum ingratae sunt. ut

Nam ut ferula cedas meritum majora subire.
Hor.

Si ad vitulam spectes, nil est quod pocula laudes. Virg.

Ocives, cives, quarendam pecunia primum est. Hor.

Quadrjugos cernes saepe resistere equos. id.

GAPVT II.

De

VERSUUM SPECIEBUS, ORNATU ET VITIIS.

Dividitur versus (1) ratione quantitatis & regionum numeri in *Dimetrum*, *Trimetrum*, *Tetrametrum*, *Pentametrum*, *Hexametrum*, & *Poly-metrum*. (2) ratione qualitatis in *Acatalecticum*, *Catalecticum*, *Hypercatalecticum* & *Brachycatalecticum*. Præter quos etiam sunt, qui vocantur *Concordantes*, *Ecliptici*, *Echici*, *Cancrini*, *Serpentini*, *Chronologici* &c.

DIMETER

DIMETER dicitur versus, qui duobus absolvitur pedibus. ut *Adonicus*, *Hymeniacus* & *Archilochius*.

2. **ADONICUS** est versus Dimeter, recipiens primò locò *Dactylum*, altero *Trochæum*. ut

<i>Sit tibi cura</i>	<i>Inde sequenti</i>
<i>Fortè volenti</i>	<i>Parte Trochæus</i>
<i>Carmina tali</i>	<i>Proximus illi</i>
<i>Condere versu,</i>	<i>Ritè locetur.</i>
<i>Semper ut unus</i>	<i>Sæpe duobus</i>

Ordine

Ordine certò

Clauder e longis

Dactylus ist hic

Ultima versus

Incipiat pes,

Jure licebit. Columb.

Schema igitur Proprium & genuinum tale est,

1 2
• v v | • v

Nota

I. Adonici compositione nulla est faciilor, cum sit ultima Hexametri Heroici pars. Quare in hoc genere tirones diu probeq; exercendos esse censeo.

II. Si versus adonicus unicâ dictione absolvatur, inveniustus erit, ut

Omni potentem

Concelebremus.

5. HIMENIACUS est versus dimeter, utroq; locò Dactylum recipiens. ut

Creditur | aurei

Cantus A|pollinis

Insupe|rabili

Abdita | pectoris

Vincere | carmine.

6. Schema ejus geminum hoc est

1 2
• v v | • v v

7. ARCHILOCHIUS est versus Dimeter, recipiens duos Dactylos cum syllaba in fine residua. *Vel:* Est Hymeniacus, sed Hypercatalecticus, ut

Pulvis & | umbra su | mus. Horat.

Schema

8. Schema ejus genuinum hoc est

$$\begin{array}{c} 1 \qquad \qquad 2 \\ - \ v \ v \ | - \ v \ v \ | - \end{array}$$

TRIMETER

9. TRIMETER dicitur versus, qui tribus pedibus absolvitur, ut *Glyconicus* & *Pherecratius*.

10. GLYCONICUS est versus trimeter, recipiens primò locò Spondeum, reliquis Dactylum. ut

Illi | mors gravis | incubat,
Qui no|tus nimirum omnibus
Ignos|tus moritur sibi. Seneca.

11. Schema ejus genuinum hoc est

$$\begin{array}{c} 1. \qquad 2. \qquad 3. \\ - - \ | - \ v \ v \ | - \ v \ v \end{array}$$

12. Alii verò Glyconicum sic metiuntur, ut sit primò locò Spondeus, mediò Choriambus, ultimò Jambus, ac si foret jambicus trimeter. e. g.

Illi | mors gravis in | cubat

13. Tumq; schema illius tale erit

$$\begin{array}{c} 1 \qquad \qquad 2 \qquad \qquad 3 \\ - - \ | - \ v \ v \ | v - \end{array}$$

Nota

I. Veteres primò locò etiam Trochæo & jambo usi sunt, sed rarò. ut

Ignis Iliacas domos. Horat. lib. 1.

II. Seneca nonnunquam secundò locò Spondeum

um

um usurpavit; fortè eam ob causam, quoniam Spondeus & Dactylus æqualia habent tempora. Sed hoc imitandum non est.

14. Schema igitur Glyconici licentiosi hoc foret

$$\begin{array}{ccccccc} & & 1 & & 2 & & 3 \\ - & - & | & - & v & v & | & - & v & v \\ - & v & | & - & - & & & & & \\ v & - & & & & & & & & \end{array}$$

15. PHERECRATUS est versus trimeter, recipiens primò & ultimò locò Spondeum, mediò verò Dactylum, ut

*Spernunt fulmina lauri,
Spernit verbera Pontus.*

16. Schema eius genuinum est

$$\begin{array}{ccccccc} & & 1 & & 2 & & 3 \\ - & - & | & - & v & v & | & - & - \\ & & & & & & & & & \text{Nota}$$

Primò loco etiam Trochæum, jambum & Anapæstum adhibere licet, ut

Sitis ardescit habendi. Boët.

17. Schema igitur Pherecratii licentiosi est

$$\begin{array}{ccccccc} & & 1 & & 2 & & 3 \\ - & - & | & - & v & v & | & - & - \\ - & v & & & & & & & & \\ v & - & & & & & & & & \\ v & v & - & & & & & & & \end{array}$$

TETRA

TETRAMETER.

18. TETRAMETER dicitur versus, qui quatuor pedibus absolvitur. ut *Phaliscus, Alcaicus, Alcmanicus & Choriambicus,*

19. PHALISCUS est versus tetrameter, recipiens ultimò locò jambum, reliquis verò Dactylum. ut

Talia Docta Phalisca legimus.

20. Schema ejus genuinum est

1 2 3
 • v v | • v e | • v v | v •

21. ALCAICUS est versus tetrameter, recipiens prioribus duobus locis Dactylum, posterioribus Trochæum. ut

Sperne puer neq; tu choreas. Horat.

Quæ caret ora cruore nostro? Id.

Moribus hic meliorve famâ. Id.

Schema ejus genuinum est hoc

1 2 3 4
 - v v | - v v | - v | - v

23. Vocatur alias Acatalecticus Dactylo-Trochaicus: quoniam adhuc aliud est Alcaici genus, sesquiquarto pede constans, quorum primus est Spondeus vel jambus, secundus jambus cum syllaba residua longa ceu semipede, reliqui duo Dactyli. Idq; vocatur *Alcaicum Dactylicum.* ut

Quid sit futurum cras fuge quærere Hor. l. I. 9.

Sche-

1 2 3 4
 - - | v | - | vv | - vv
 v - |

25. ALCMANICUS est versus tetrameter, recipiens prioribus duobus locis indifferenter Dactylum vel Spondeum, tertio solum Dactylum, ultimo Spondeum. ut

Aut Ephesum Bimarisve Corinthi

Sic tristes affatus amicos. Hor. lib. II. 2.

26. CHORIAMBICUS s. ASCLEPIADEUS est versus tetrameter, recipiens primo loco Spondeum, secundo tertioq; Choriambum, quarto Pyrrhichium. ut

Mace|nas, atavis | edite re|gibus. Hor.

Quod si|me Lyricis | vatibus in|seris,

Subli|mi feriam | vertice si|dera

27. Schema Choriambici genuinum hoc est

1 2 3
 - - | - vv - | - vv - | vv

28. Sunt tamen, qui hos versus ita metiuntur, ut sit primo loco Spondeus, (rarò Dactylus) secundo Dactylus cum syllaba residua longa, reliquis duobus Dactylus, hoc modo

1 2 2 4

Mace|nas ata|vis | edite | regibus

29. Tumq; schema ejusdem tale foret

1 2 3 4
 - - | - vv | - | - vv | - vv

Nota

Nota

I. Si Choriambicus versus in fine una syllabâ augeatur, fiet inde Pentameter Elegiacus. e. g.

Mæccenas, atavis edite principibus.

II. Cave secundô locô Tribrachyn usurpes.

Nam in illo Horatii

Perrupit Acheronta Hercules labor.

nihil præsidii erit: quoniam ultima in voce

Perrupit Cæsurae beneficio producitur.

PENTAMETER

30. PENTAMETER dicitur versus, qui quinque pedibus absolvitur. ut *Pentameter Elegiacus, Sapphicus & Phalæcius.*

31. PENTAMETER ELEGIACUS est versus Pentameter, recipiens primô secundoq; loco indifferenter Spondeum vel Dactylum cum syllaba secundo loco residua longa vel brevi, tertio quarto-ve solum Dactylum cum syllaba in fine residua longa vel brevi. ut

Turpe quid | ausu | rus | te sine | teste ti | me.

Vita perit mortis gloria non moritur.

Quod facturus eris, dicere distuleris.

Crux est, si metuas, vincere quod nequeas.

Cum verè objurgas, sic inimice juvas:

Cum falsò laudas, sic & amice noces. Auson.

31. Vocatur aliàs *Epicus minor*, uti Hexameter Heroicus *Epicus major*. Hinc & Epici dicti sunt Poëtae, qui hoc versûs genere, Hexametro vel

Penta

Pentametro Elegiacis, crebrò usi sunt

34. Schema pentametri Elegiaci genuinum est hoc

1	2	3	4
-	-	-	-
·	·	·	·
- v v	- v v	- v v	- v v
-	-	-	-

35. Alios verò pentametrum Elegiacum sic metiri juvat, ut prioribus duobus locis sit Spondeus vel Dactylus, tertio Spondeus, reliquis duobus Anapaestus, ut

1	2	3	4	5
-	-	-	-	-
·	·	·	·	·
- v v	- v v	- v v	- v v	- v v
-	-	-	-	-

Vulgus a micitijs utilitate probat.

Nota.

I. Prioris hemistichii Cæsura seu syllabam residuam æquè brevem ac longam esse posse, non Scaligeri tantum aliorumq; autoritate nititur, sed & Classicorum exemplis potest defendi. ut

Perspecta erigitur unica amicitia. Catull.

Vinceris, aut vincis, hæc in amore rota est. Prop.

Aut pudor ingenuus, aut retinendus amor. Id.

Lacteus & mistus, obriguisse liquor. Tibull.

II. Cæsura Penthemimeres hic necessaria est, quâ sine versus ineptus atq; nullius ingenii putatur. Vitiosus igitur est ille Diomedes,

Hæc quoq; nostræ sententia mentis erat.

neq; hi Catulli doctis placent

Non desistere amare, omnia si facias.

Troja virum & vitutum omnium acerba cinis.

III. Neutrum hemistichium commode terminatur dictione monosyllaba, nisi vel aliud monosyllabum præcedat, vel per Collisionem in Scansione cum voce præcedente coalescat Hinc culpatur hic Catulli

O di, reddite mihi hoc pro pietate mea

non verò & illi

Premia si studio consequar ista, sat est. Ovid.

Sunt hæc trita quidem, Zoibe, sed mea sunt. M.

36. SAP.

36. SAPPHICUS est versus pentameter, recipiens primo loco Trochæum, secundo Spondeum, tertio Dactylum, reliquis duobus Trochæum, ut

Pindarum quisquis studet emulari,

Iule, ceræis ope Dædaliâ

Nititur pennis - - Horat.

Nota

37. Secundo loco etiam Trochæum & Dactylum, & quarto etiam Spondeum recipi, ipsius Sapphûs, Catulli & Senecæ exemplis constat. ut

Seu Sacos, sagittiferosq; Partbos. Catull.

Sumer e innumeras solitum figuras. Senec.

38. Schema igitur Sapphici genuinum tale est

1	2	3	4	5
·v	- -	·v v	-v	-v
	-v		- -	
	- v v			

39. PHALÆCIUS est versus pentameter, recipiens primò locò quem libet pedem dissylabum, secundò Dactylum vel Spondæum, reliquis Trochæum. ut

In re conjugii me berele raro

Festinum simul est idemq; rectum. Taubm.

40. Schema igitur tale est

1	2	3	4	5
v v	- v v	- v	- v	- v
- -	- -			
v -				
· v				

41. Catullus *Carm.* 10. Creticum usurpare sustinuit.

Nota

Nota

Nil vitii habet Phalæcius, cujus singula verba singulos pedes absolvunt. Unde Scaliger hunc

Tecum ludere sicut ipsa posset
statuit nihilo deteriolem esse illò

Cui dono lepidum novum libellum?

HEXAMETER

42. HEXAMETER dicitur versus, qui sex pedibus absolvitur, ut *Hexameter Heroicus* & *Galliambicus*.

43. HEXAMETER HEROICUS s. *Epicus major* est versus Hexameter, recipiens prioribus quatuor locis indifferenter Spondeum vel Dactylum, quintò fere solum Dactylum, sextò Spondeum.
ut,

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Virg.

Olli sedatorem spondet corde Latinus. Id.

Aut prodesse volunt, aut delectare poeta. Hor.

44. Schema illius genuinum tale est

1	2	3	4	5	6
- -	- -	- -	- -	- -	- -
- v v	- v v	- v v	- v v	- v v	- v v

45. Præter hos genuinos Hexametros dantur etiam, qui vocantur *Acephalus*, *Diphilus*, *Teliambus* *Procilius* & *Hypermeter*.

46. *Acephalus* vocatur, Heroicus, cum primo loco indebite procedit, hoc est, Anapaestum vel Choræum habet. ut *Vebe*

Vehemens & liquidus, puroq; simillimos amnis.

Quod tuas laudes culpes non proficis bilum. L.

47. *Diphilus s. Charilius vocatur, cum una syllaba infine deest. ut*

Æstatem autumnus sequitur, post acer hiems

48. *Teliambus s. Miurus vocatur, cum sexto loco jambus est. ut*

Quanquam animus meminisse horret luctuq; refugit. Virg.

49. *Procilius vocatur, cum in medio una syllaba abundat. ut*

Inter se coisse viros & decernere ferrô. Virg.

50. *Hypermeter vocatur, cum ultimo loco est pes trisyllabus, cujus postrema syllaba per Eclipsin aut Synalæphen sequenti versui à Vocali incipienti accrescit. ut*

*Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
Aut foliis undam. Virgil.*

*Navigiis pinos domibus cedrosq; cupressosq;
Hinc radios. Idem.*

*jamq; iter emensi turres & tecta Latinorum
Ardua cernebant. Idem.*

Nota

I. *Cum quinto loco Spondeus est, versus idem vocatur Spondaicus. ut*

Carum Deum soboles magnum jovis incrementum Virg.

Constitit atq; oculis Phrygia agmina circumspexit.

Sunt apud infernos tot millia formosarum. Prop.

Olli respondit Rex Albai longai. Ennius.

II. *In hoc Virgilii*

*Bis patriæ cecidere manus quin protinus omnia.
est quidem sexto loco Dactylus: sed imitari nefas.*

III. In his ejusdem

*Olli serva datur operum hanc ignara Minerva.
Desine plura, puer, & quod nunc instat, agamus.*
non est Tribrachys aut Jambus vice Spondei vel
Dactyli, sed ultimæ invocibus datur & puer Cæ-
suræ beneficio producuntur.

IV. Neq; in his illius

*Genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis.
Herent parietibus scala postesq; sub ipsos.
Ædificant, sectaq; intexunt abiete costas.*

Proceleusmaticus est aut Anapæstus: sed Voca-
les I & U in medio vocum degenerant in Con-
sonantes J & V, ut interscandendum sic oportet
legi

*Genua labant, gelidus &c.
Herent Parjetibus &c.
Ædificant sectaq; intexunt abiete costas.*

V. Deniq; in hoc ejusdem

Rumpe moras omnes turbataq; arripe castra.
præstat Hiatum metricum agnoscere, quam Tro-
chæum: quò omnes improprii pedes ab Hero-
ico excludantur.

VI. Hexameter Heroicus præ cæteris Cæsurâ de-
lectatur, quoq; pluribus gaudet, eo habetur ve-
nustior. Imo, si vel prorsus Cæsuris careat,
vel non ad minimum in quarta vel quinta regio-
ne Cæsuram habeat, ineptus & sibilis dignus
crit, ut.

*Nuper quidam doctus cepit scribere versus.
Aurea scribis carmina, Iule, maxime vatium.
Urbem fortem nuper cepit fortior hostis.*

VI. Procilii, Acephali, Teliambi & Diphili Poëtices studiosis summopere vitandi sunt.

51. GALLIAMBICUS est versus hexameter, recipiens primo & ultimò locò Anapæstum, secundo & tertio jambum, quarto & quinto Dactylum.

ut

*Super alta vectus Atys celeritate maria
Phrygium nemus citato cupidè pede tetigit,
Aditq; opaca sylvis redimita loca, Deæ
Stimulatus ubi furentis rabie vagus animi
Devolvit illa accita sibi pondera sitice*

52. Admittit etiam primò locò Spondeum, Creticum & Proceleusmaticum; secundo Anapæstum, Tribrachyn, Dactylum & Spondeum; quarto jambum.

53. Schema illius genuinum tale est

1	2	3	4	5	6
uv -	v*	uv*	- uv	- uv,	v u
- v*	v uv		v*		
v u u u	v u u				
	* u v				
	- -				

Nota

Nonnulli Galliambicum cum Georgio Fabricio constituunt Tetrametrum atq; sic metiuntur, ut primò loco sit Pæon tertius, secundo Epitritus secundus, tertio Pæon tertius, quarto Pæon quartus. Estq; tunc illius genuinum schema tale

1 2 3 4
 u u - u | - u - - | u u - u | u u u -

cujusmodi apud veteres nullum extat, si Catullum excipias carm. 61. Scaliger verò hoc Galliambici genus divinum appellans non dubitat fateri, idem non semel à se frustra tentatum esse.

POLYMETER

54. POLYMETRUM vocare liceat versum, qui non est uniformis, sed aliquando plures, aliquando pauciores pedes poscit, atq; sic alias quasi Species sub se complectitur. Ejusmodi sunt *Jambicus, Anapesticus, Trochaicus & Ionicus.*

55. JAMBICUS dicitur versus, in quo præcipuè jambus pes dominatur,

56. Atq; in genere quidem quilibet jambicus recipit *omnibus locis* Jambum vel Tribrachyn, exceptò ultimò, qui solum Jambum poscit; *imparibus* autem *locis* quoq; Spondeum, Dactylum, Anapestum & rarò etiam Proceleusmaticum admittit.

57. Species Jambici sunt quatuor: *Monometer* seu *Binarius, Dimeter* seu *Quaternarius, Trimeter* seu *Senarius & Tetrameter* seu *Octonarius.*

58. *Monometer* s. *Binarius* dicitur, qui unâ Diapodiâ jambica h. e. duobus pedibus absolvitur.
 ut

Ama Deum,

E

Cole

*Cole patrem,
Cave malum,
Tene bonum.*

59. *Dimeter* s. *Quaternarius*, qui duabus Dipodiis jambicis, h. e. quatuor pedibus absolvitur. ut

Veni Redemptor gentium.

Nota

Cum ultimus Dimetri pes diribitur, vocatur versus ille Anacreonticus, ab Anacreonte Græco Lyrico, qui frequentissimè illò usus est; diciturq; vulgo *Dimeter catalecticus*. ut

Veni Redemptor orbis.

quod versuum genus quanquam nemo classicorum nobis reliquerit, facem tamen in illo Taubmannus, Caspar Barthius aliiq; præluxerunt. Cujus suavitatem supra mediocritatem commendant Gies. p. 254.

60. *Trimeter* s. *Senarius* qui tribus Dipodiis jambicis h. e. sex pedibus absolvitur. ut

Haut est virile, terga fortune dare. Senec.

Nota

II. Quando Jambicus senarius ultimo loco Spondeum recipit, *SCAZON* seu *CHOLIAMBUS* vocatur. ut

*Nec labra fonte prolui Caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnasso
Memini, ut repente sic Poëta prodirem.
Quis expedit psittaco suum Χαῖρε*

Picasqs

*Picasq; docuit verba nostra formare?
Magister artis ingeniig; largitor
Venter - - Persius.*

II. Scazonta s. Choliambum secundâ, quartâ & quintâ regione alium pedem præter Jambum admittere Gissenses pag. 258. universo eruditorum choro annuente negant. Vitiosissimus igitur est Scazon, qui in tres Spondeos definit.

61. *Tetrameter seu Octonarius*, qui quatuor Dipodiis jambicis h. e. octo pedibus absolvitur. ut
*Proba merx facile emtorem reperit, etiamsi in
abstruso sita est.* Plaut.

Nota

I Solent hodie jambici octonarii in Dimetrum Acatalecticum & Catalecticum dividi. Atq; tunc ad Dicola Composita referri amant. ut

O Christiani corculum,

Hæc illa Witteberga est,

Ubi sacrosancti dogmatis

Clangor per universas

Germanie provincias

E liquido canali.

Tubæ Lutberi spiritu

Ardente percrepabas.

Hic illud, hic ecclesie

Donarium latebat,

Pro quo Dynastæ Saxones

Se & cuncta devovebant. Taubm.

E 2

Apud

II. Apud Comicos reperitur etiam jambicus Septenarius, sed quem illis solis relinquimus.

III. Optimi censentur illi jambici, qui Spondeis & jambis alternis gaudent; proximi illis habentur, qui solis jambis constant.

62. Schema jambicorum Acatalecticorum tale est.

Syzygia	I	II	III	IV
Regiones	1. 2.	3. 4.	5. 6.	7. 8.
	υ - υ -	υ - υ -	υ - υ -	υ - υ -
	υ υ - υ υ υ	υ υ - υ υ υ	υ υ - υ υ υ	υ υ - υ υ υ
	- υ υ	- υ υ	- υ υ	- υ υ
	- -	- -	- -	- -
	υ υ υ	υ υ υ	υ υ υ	υ υ υ
Monometer				
Dimeter				
Trimeter				
Tetrameter				

63. ANAPÆSTICUS est versus polymeter, in quo Anapæstus præ cæteris dominatur, recipiens omnibus locis Anapæstum, Dactylum vel Spodeum, raro etiam proceleusmaticum.

64. Species illius tres sunt: *Dimeter*, *Trimeter* & *Tetrameter*.

65. *Dimetri* seu *Anapæstici Aristophanici* exemplum est illud Senecæ in morte J. Cæsaris

Deflete virum

Potuit citius

Quo non alius

Discere causas

*Unâ tantum**Parte auditâ**Sæpe & neutrâ.*

66. *Trimeter* s. *Anacreonticus* peculiâres leges habet, recipiens primo loco Anapæstum, secundô jambum, ultimô Bacchium. ut

*Age cunâta nuptiali**Redimita vere tellus.*

67. *Tetrametri* exemplum sit illud Senecæ in *Ilerc. furent.*

*Rota precipitis vertitur anni,**Dura peragunt pensa sorores**Nec retro fila revolvunt:**At gens hominum fertur rapidis,**Obvia fati, incerta sui.**Stygias ultro quærimus undas.*

68. Schema igitur Anapæstici puri tale est

1	2	3	4
v v -	v v -	v v -	v v -
- v v	- v v	- v v	- v v
- -	- -	- -	- -
v v -	v -	v - v	<i>Anacreont.</i>

Nota

I. Non est vitiosus Anapæsticus, qui nullô gaudet Anapæsto, uti ex schemate liquet; exceptô fortè Anacreontico.

II. In veterum carminibus quidem & Proceleusmaticus interdum Anapæstici loco occurrit: verum hunc docti observare potius quam usurpare jubent.

III. Quô pauciores in Anapæstico sunt Casuræ, eò venustior habetur.

69. TROCHAICUS est versus polymeter, recipiens ultimo loco solum Trochæum, reliquis omnibus indifferenter Trochæum vel Tribrachyn, paribus autem omnes illos pedes, quibus jambicus gaudet, solò jambo excluso.

70. Species illius quatuor sunt: *Monometer*, *Dimeter*, *Trimeter* & *Tetrameter*.

71. *Monometri* s. *Binarii* exemplum est

Pelle curas,
Vive laetus,
Sperne terram,
Cerne cælum.

72. *Dimetri* seu *Quaternarii* exemplum est

Age, convocata pubes,
Pange plectro carmina,

73. *Trimetri* seu *Senarii* exemplum est

Antequam loquatur os, putet cor illud.

74. *Tetrametri* seu *Octonarii* exemplum est

Cruce fidelis inter omnes arbor una fructuosa.

75. Schema Trochaici genuinum est

1	2	3	4	5	6	7	8
- v	- v	- v	- v	- v	- v	- v	- v
v v v	v v v	v v v	v v v	v v v	v v v	v v v	v v v
- v v	- v v	- v v	- v v	- v v	- v v	- v v	- v v
v v -	v v -	v v -	v v -	v v -	v v -	v v -	v v -
- -	- -	- -	- -	- -	- -	- -	- -

76. Datur & aliud Trochaici genus, quod *Stesichorium*, item *Angeliticum* vocatur; estq; versus Trochaicus trimeter, recipiens primo loco Trochæum vel Spondetum, secundo Dactylum tertio Amphimacrum, quarto Trochæum, quinto Dactylum, ultimo Trochæum. ut.

O colonia, qua cupis ponte ludere longo. Catull.

Nota

Comici ut jambicos sic & Trochaicos ita contaminarunt, ut penè omnes pedes, ipsum quoq; Creticum, omnibus locis miscuerint. Quapropter à talibu sibi Poëtices Studiosi cavendum meminerint.

77. IONICUS est versus polymeter, recipiens omnibus locis Ionicum tanquam pedem propriū.

78. Species illius duæ sunt: Ionicus à Minore & Ionicus à majore; quorum uterq; est vel Trimeter, vel Tetrameter.

79. *Ionicus à Minore trimeter* recipit omnibus locis Ionicum à minore: imparibus verò interdum Molossum, nec non secundo loco Epitritum secundum vel Palimbacchium, & ultimo Pæonem tertium vel Palimbacchium, ut

Miserarum est, neq; amori dare ludum.

80. Schema illius genuinum est

1	2	3
v v - -	v v - -	v v - -
v v - v	- v - -	v v - v
- - -	v v - v	- v - -

81. Ionicus à minore *tetrameter* à trimetro solo pedum numero differt. Exemplum illius est

Simul unctos Tiberinis humeros lavit in undis.

82. *Ionicus à majore tetrameter* recipit omnibus locis Ionicum à majore, & præter illum quoq; primo loco Pæonem secundum & tertio Ditrochæum vel Epitritum secundum. ut

Has cum gemina compede dedicat catenas.

Saturne, tibi Zoilus annulos priores. Mart,

83. Schema ejusdem tale est

1	2	3	4
- - v v	- - v v	- - v v	- - v v
v - v v		- v - v	
		- v - -	

84. Ionicus à majore trimeter à tetrimetro solo pedum numero differt. Cujus exemplum extat in Catalecticis Scaligeri pag 246. M. Terentii Varronis

*Mundus domus est maxima rerum,
Quinq; altitone hanc framine Zone
Cingunt: per quas limbus pictus
Bis sex signis stellimicantibus
Altus in obliquo aethere Lune
Bigas Solisq; recepat.*

Nota

- I. Ionicus à majore primo loco recipit etiam Pæonem secundum, & tertio Epitritum secundum.
- II. Interdum omnibus locis habet Ionicum à majore vocaturq; tum *Purus*, item *Sotadeus* à Sotade poëta.
- III. Admittit etiam resolutionem pedum, unam syllabam longam in duas breves distribuens, ut pro Ionico sit *Mesomaer*, vel duas breves in unam longam contrahens, ut *Molossus* sit p o Ionico. ut

*Elementa ru|des quæ pue|ros docent ma|gistri
Vocalia | quædam memo|rant, consona | quædam.*
ACATALECTICUS, CATALECTICUS &c.

85. ACATALECTICUS dicitur versus, qui ulti-

mum pedem à quo denominatur, habet integrum sine excessu, h. e. cujus ultimo pedi nec deest quicquam nec superest. e. g. hic versus

Vitam: que faciant beatiorem. Mart.

est Phalæcius, atq; adeò Trochaicus, habens in fine tres Trochæos *ant bea tiorem*. Et quoniam ultimo Trochæo *orem*, nec deest quicquam nec superest, ideoq; versus idem vocatur *Phalæcius Acatalecticus*.

86. CATALECTICUS, cujus ultimo pedi, à quo denominatur, una syllaba deest. e. g. hi versus

Virgo | cum pu|erpe|ra

Fæta | sancto | spiri|tu. Prud.

sunt Trochaici quaternarii. Quoniam verò ultimi pedes *ra* & *tu* unâ syllaba mulctantur, ideoq; vocantur *Trochaici quaternarii Catalectici*

Nota

Quibusdam omnes Hexametri Heroici videntur esse Catalectici: quoniam proprius eorum pes est Dactylus, ipsi tamen Spondeo semper aut Choræo terminantur.

87. BRACHYCATALECTICUS, qui toto simplici pede brevior est, quam metri illius quantitas requirit, ad quod refertur.

Sic v. g. ambo hi versus

Quem jo|hannes | ventre | sub pa|rentis

Gesti|ens a|desse | demon | stravit.

sunt Trochaici Senarii. Quoniam verò quinq; saltim pedibus gaudent, sexto integro deficientes, ideoq; vocantur Trochaici trimetri s. senarii brachycatalectici.

88. HIPERCATALECTICUS, qui in fine unâ syllabâ aut unò integro pede abundat. Tales sunt hi Virgilio.

*Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.
Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia.*
Talis etiam est hic jambicus Dimeter s. Qua-
ternarius

Muse sorores Palladis lugent.

CONCORDANTES, ECLIPTICI,
ECHICI &c.

89. CONCORDANTES seu SYMPHONI dicuntur,
in quibus syllabæ quædam aut integræ dictiones
pluribus versibus communes sunt, ut
Et canis } *in sylvis* } venatur } & omnia } servat.
Et lupus } } nutritur } } vastat.

90. ECLIPTICUS cujus sensui complendo adhi-
bendæ sunt aliæ quædam dictiones, in versu
ipso dissimulatæ; uti in sequente præpositio
sub.

est *servire*
Jure aliis qui tenetur
91. ECHICUS seu ECHOICUS, cujus una plures-
ve syllabæ finales repetunt proximè antegres-
sarum sonum, ut

Exercet mentes fraternas grata malis lis.

Aliud

Dic mihi, quæ gelidis habitas convallibus, Echo,
Cur populus pacem sic modo clamat? *Amat;*
Ad divam pacem precibus concurritur? *itur.*
Ut damnum fugiat triste colonus, *onus.*
Rusticus

Rusticus ergo iterum campos reparabit? *Arabit.*

Et tuto curret remige navita? *ita.*

Omniaque evenient in mundo prospera? *Spera.*

Largaque nec rerum copia deerit? *Erit.*

Si retulisti mihi Echo vera, valet. *Valet.*

Donec nostra iterum verba novabis. *Abis?*

Nota

I. Quoniam in Echicis ingenium potius spectatur, quam verba Poëtæ: hinc in talibus Leoninis quandoque uti licet.

II. Quoniam non Consonantium, sed Vocalium est, harmoniam efficere, itaq; in Echicis initio echus Consonantium alias aliis mutare nil prohibet, ut, si pro *Sacer* ponas *macer*, & *mastus* pro *festus*.

92. CANCRINUS, qui salvò metrò potest & antrosum & retrorsum legi Tales sunt.

* * *

Conditio tua sit stabilis, nec tempore parvo
Vivere te faciat deus hic Omnipotens.

* * *

Signa te, signa, temere me tangis & angis

Roma tibi subito motibus ibit amor.

93. Vocantur, aliàs Reciproci, item Retrogradi.

94. SERPENTINUS, cujus finis principio similis est, ut

Crescit amor nummi quãtum ipsa pecunia crescit

Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido:

Attice crede mihi, Militat omnis amans.

95. CHRONOLOGICUS, cujus literæ numerales tempori alicui exprimendo inserviunt, Sic Hen-

Sic Henricum III. Galliarum Regem Anno 1589. à Monacho insidiis appetitum gladioq; traje-ctum esse hoc Chronosticho exprimitur.

*CVLter CLAVstrALis regI eXtltlt eXitlALis
VeXetVr qVIsqVIs MonaCHIs erit eqVVIs InIqVIs.*

Nota.

I. In chronostichis nulla litera numeralis desit vel abundet.

II. Græca Eteosticha seu Chronosticha non inveniuntur: fortè quod sint difficiliora. Carent enim Græci nota majuscula quinquagenarii & quingentenarii, Et M nota Myriadis longius in numeros excurrit, sicut & altera ratio numerandi per literas singulas. Cæterum notæ numerorum majusculæ apud Græcos hæ sunt ex Hero-
diano: I Unitatis, Π Quinarii, Δ Denarii, Η Centenarii, Χ Millenarii & Μ Myriadis nota est, qualibet literâ ex integrâ sui numeri voce desumptâ & Π pro πέντε, Δ pro δέκα, Η pro ἑκατόν (Ita enim veteres Aspirationem scribebant.) Χ pro χίλιας positis, solo au-
tem I Latinorum more scripto.

CAPUT III

De

CARMINE.

CARMEN est duorum pluriumve versuum systema.

2 Dividitur I. in *Simplex & Multiplex*, II. in *Monocolon, Dicolon, Tricolon &c.*

3, **SIMPLEX**, quod per se solum potest subsistere; ut *Adonicum, Choriambicam, Phalæcium,*

Heroicum, jambicum, Trochaicum & Ionic. à maj.

4. MULTIPLEX, quod e variis simplicium generibus est compositum.

5. Et quidem, si post secundum versum ad prius genus fiat reditus, vocatur *Distrophon*, si post tertium, *Tristrophon*: si post quartum, *Tetrastrrophon* &c.

6. *Distropbi* exemplum est illud Hor. L. I. 3,

Sic te Diva potens Cypri,

Sic fratres Helena, lucida sidera,

Ventorumq; regat pater,

Obstructis aliis prater Japyga,

Navis, quæ tibi creditum

Debes Virgilium, finibus Atticis

Reddas incolumem, precor,

Et serves animæ dimidium meæ.

7. *Tristropbi* exemplum est illud Hor. l. III. 12

Miserarum est, neq; amorì dare ludum,

Neq; dulci mala vino lavare, aut ex-

Animari, metuentes patruæ verbera lingua.

Tibi qualum Cytharææ puer ales,

Tibi telas operosæq; Minervæ

Studium aufert, Neobule, Liparæi nitor Hebrî.

8. *Tetrastrrophbi* exemplum est illud Hor. l. I.

Jam satis terris nivis atq; diræ

Grandinis misit pater, & rubente

Dexterâ sacras jaculatus arces

Terruit urbem.

Terruit gentes græve ne rediret

Seculum Pyrrhæ nova monstra questæ

Omne cum Protheus pecus egit altos

Vifere montes.

itemq; illud ejusdem *Lib. I. 9.*

*Vides, ut altâ stet nive candidum
Soraete, nec jam sustineant onus
Sylvæ laborantes gelug;
Flumina constiterint acutô?
Dissolve frigus, ligna super foco
Large reponens, atq; benignius
Deprome quadrimum Sabina
O Thaliarche merum diota*

9. MONOCOLON appellatur, quod non est compositum ex diversis versuum generibus. Ut cum omnes Carminis versus sunt Adonici, Choriambici, Jambici &c.

10. Monocoli exemplum sunt *Eclogæ*, *Georgica* & *Æneidos* Virgilii, solis Hexametris constantes.

11. DICOLON, quod è duobus versuum generibus compositum est. Hoc genere delectatus est Ovidius. Tale etiam est illud Hor. L. I. 2.

12. TRICOLON, quod è tribus versuum generibus compositum est. Tale est illud Horatii

*Quid dedicatum poscit Apollinem
Vates? Quid orat, de patera novum
Fundens liquorem? Non opimas
Sardinia segetes feracis.
Non estuosa grata Calabria
Armenta: non aurum aut ebur Indicum,
Non rura, quæ liris quieta
Mordet aqua taciturnus amnis,*

Nota

Dantur quidem plures Carminum divisiones, sed quas datâ operâ prætereo, cum solo nomine satis innotescant, ulteriorem explicationem hanc poscentes. Talia sunt imprimis, quæ ab Objecto nomen sortita sunt, puta

GENETHLIACUM seu *Natalitum*; EPITHALAMIUM seu *Nuptiale*; PROPEMPTICUM seu *Itinerarium*, quò abeuntibus amicis fausta ominamur; APOBATERIUM seu *Valedictorium*, quò discedentes ipsi amicis desiderium nostri commendamus ipsisque læta quæque apprecamur; EPIBATERIUM, quò reducibus amicis in columitatem gratulamur; EPINICION, seu *Triumphale*, quo victori acclamamus; SCOLION seu *Conviviale*, quò viro rum illustrium laudes vulgamus vel, rectè beneque vivendi rationem exponimus; HYMNUS, quo divinas laudes conamur; SOTERION, quo Deo pro salute recuperata gratias decernimus, ENCOMIASTICON, quod in aliarum rerum vel personarum gloriam laudemque adornatur; PANEGYRICUM, quod in rei vel personæ alicujus laudem publice recitatur; PÆDEUTERIUM, quò Præceptoribus gratias agimus; EPICEDIUM, quo defuncti manibus ultimum obsequium præstamus; EPITAPHIUM, quò defuncti cippum inscribimus. De quibus ut et aliis consulantur alii: cum eorum explicatio instituti et operis rationem videatur excedere.

Exem^o

- 1 Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi. *Virg*
- 2 Sylvestrem tenui musâ meditaris avenâ. *Id.*
- 3 Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus. *id.*
- 4 Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. *id.*
- 5 Non equidem invideo miror magis undiq; totis *id.*
- 6 Usq; adeo turbatur agris, en ipse capellas. *id.*
- 7 Protinus æger ago hanc etiam vix Tityre duco. *id.*
- 8 Hic inter densas corylos modo namq; gemellos *id.*
- 9 Spem gregis ah silice in nuda connixa reliquit. *id.*
- 10 Sæpe malum hoc nobis si mēs non læva fuisset. *id.*
- 11 De cœlo tactas memini prædicere quercus. *id.*
- 12 Sæpe sinistra cava prædixit ab ilice cornix. *id.*
- 13 Urbem quam dicunt Româ Melibœe putavi. *id.*
- 14 Stultus ego huic nostræ similē quo sæpe solemus, *id.*
- 15 verum hæc tãtum alias inter caput extulit urbes *id.*
- 16 Quãtum lenta solent inter viburna cupressi. *id.*
- 17 libertas quæ fera tamē respexit inertem. *id.*
- 18 nanq; fatebor enim dum me Galatea tenebat. *id.*
- 19 nec spes libertatis erat nec cura peculi. *id.*
- 20 Pinguis & ingrata premeretur caseus urbi. *id.*
- 21 non unquã gravis ære domum mihi dextra redibat
- 22 cui pendere sua patereris in arbore poma. *id.*
- 23 quid facerem neq; servitio me exire licebat. *id.*
- 24 hic illum vidi juvenem Melibœe quotannis. *id.*
- 25 bis senos cui nostra dies altaria fumant. *id.*
- 26 hic mihi responsum primus dedit ille petenti. *id.*
- 27 fortunate senex ergo tua rura manebunt. *id.*
- 28 et tibi magna satis quamvis lapis omnia nudus. *id.*
- 29 limosoq; palus obducat pascua junco. *id.*
- 30 Nec mala vicini pecoris contagia lædent. *id.*
- 31 fortunate senex hic inter flumina nota. *id.*

- 32 et fontes sacros frigus captabis opacum, *Virg.*
 33 hybleis apibus florem depasta salicti, *id.*
 34 sæpe levi somnum svadebit inire susurro, *id.*
 35 hinc alta sub rupe canet frondator ad auras, *id.*
 36 et freta destituent nudos in littore pisces, *id.*
 37 post aliquot mea regna videns mirabor aristas, *id.*
 38 impius hæc tam culta novalia miles habebit, *id.*
 39 barbarus has segetes en queis consecimus agros, *id.*
 40 Inscere nunc Melibœe piros pone ordine vites, *id.*
 41 ite meæ quondam felix pecus, ite capellæ, *id.*
 42 dumosa pendere procul de rupe videbo, *id.*
 43 florentem cythisum & salices carpetis amaras, *id.*
 44 fronde super viridi sunt nobis mitia poma, *id.*
 45 castaneæ molles & pressi copia lactis, *id.*
 46 majoresq; cadunt altis de montibus umbræ, *id.*
 47 delicias domini nec quid speraret habebat, *id.*
 48 assidue veniebat hæc incondita solus, *id.*
 49 montibus & sylvis studio jactabat inani, *id.*
 50 Nil nostri miserere mori me deniq; cogis, *id.*
 51 nunc virides etiam occultant spineta lacertos, *id.*
 52 sole sub ardenti resonant arbusta cicadæ, *id.*
 53 nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras, *id.*
 54 atq; superba pati fastidia nonne Menalcam, *id.*
 55 o formose puer nimium ne crede colori, *id.*
 56 alba ligustræ cadunt vaccinia nigra leguntur, *id.*
 57 quam dives pecoris nivei quam lactis abundans, *id.*
 58 lac mihi non æstate novum non frigore deficit, *id.*
 59 nec sum adeo informis nuper me in littore vidi, *id.*
 60 Cum placidum ventis staret mare non ego Daphnim
 61 iudice te metuam si nunquam fallit imago, *id.*
